



Taubmann. <sup>quoniam</sup>

ipso probatum. semel reprobari non potest 148. 13

quod sciat quoniam amplius dissimile non debet p. 229. num. 4.

L. 9.  
M. 1. 6. 10

- Index disputationum hoc in Volumine
- 1 Taubmanni ~~Colegiū~~ Contentarum. ~~disputationem~~ disput. 3. pag. 1.
- 2 Schiraz Reffs Synopsis Pandectarum pag. 237.
- 3 Sveni collegium Feudale pag. 341.
- 4 Taubmanni ~~legis~~ epitome Institutionum pag. 519.
- 5 Molanus de iure Notarum & licentia pag. 543.
- 6 Elain de Re militari & licentia pag. 599.
- 7 Eryll de Pacificatione Religiosa Augustana & licentia pag. 687.
- 8 Doyer de iure sepulturae & licentia pag. 751.
- 9 Wadig de dominio & licentia pag. 825.
- 10 Nigrus de executione rei iudicatae & licentia pag. 881.
- 11 Elain de commerciorum rapacium pure singulari & licentia pag. 921.
- 12 Rastus de Fide & licentia pag. 970.
- 13 Virginius de differentiis juris civilis & canonici pag. 1067.
- 14 Eriptius ad l. unif. de Idiot. ex lege pag. 1143.
- 15 Basilius de Fidei hiscibz pag. 1155.
- 16 Limpert de origine, auctoritate definitione et divisionibz Feudis pag. 1175.
- 17 Rastus de curatoriis bonorum pag. 1199.
- 18 Blasius Positiones Theorico-Practicae pag. 1223.
- 19 Henning de Retorione pag. 1239.
- 20 Falpp de Donationibz inter viros pag. 1255.
- 21 Neander de delictis privatis pag. 1265.
- 22 Burhard de entione et venditione pag. 1299.
- 23 Lundex de Pastu pecoris pag. 1323.
- 24 Haiman de criminis maiestatis humanae pag. 1339.
- 25 Langforst tria semidecadua miscellanea ex iure privato feudali atq. publico
- 26 Lundex inventarium ex l. ult. c. de iure delit. pag. 1363.
- 27 Matys de casis questionum controversialium pag. 13431.
- 28 Neanders, ferns ex quintuplici iure positiones pag. 1459.
- 29 Bartolo de Usufructu pag. 1475.
- 30 Thomas de beneficio competentiae pag. 1515.
- 31 Elain de curia & oratione creditorum pag. 1563.
- 32 Dniel de Republica Romano-Germanica pag. 1587.
- 33 Borckmann de legatibus sive maiestatis iuribus pag. 1631.

- 34 Hugindoltz de furtis, pag. 1657.  
 35 Haemmerl de heresi, pag. 1681.  
 36 Dolzen. de Religione, pag. 1701.  
 37 Rijder de natura jurisprudentiae, quidem fine, objecto et medys, pag. 1753.  
 38 Engliker de jure tutelaris, pag. 1777.  
 39 Distorij de tractu commodati, pag. 1801.  
 40 Widmuth de Fideiussoribus, pag. 1817.  
 41 Freigk de salvo aduersu, pag. 1837.  
 42 Cipri de beneficiis et feudis ecclesiasticis, pag. 1885.  
 43 Paulbar de Comitatu Imperii Romano-Germanici, pag. 1953.  
 44 Wilder de tortura, pag. 1981.  
 45 Ieronai Delibatio fastitiationum, pag. 2013.  
 46 Grauiz ex G. A. Groan. Inst. de Majestate armis et legibus instruenda, et scie-  
ciation de armis hinc bello et Legibus, pag. 2041.  
 47 Tercer de jure personarum, pag. 2085.  
 48 Pascha Novena ad Matrian Testamentaria spectantes positiones, pag. 2001.  
 49 Saderg de Tyrannide, pag. 2111.  
 50 Bentland de justitia et quidem commutativa, pag. 2117.  
 51 Dubius de successione, pag. 2161.  
 52 Digeri tract. facis, pag. 2177.  
 53 Horae gyrasim Principum, pag. 2193.  
 54 Galgan facinus de boko Princepe, pag. 2221.  
 55 Baroni de Politia, pag. 2241.



3  
57.

CUM DEO!  
**COLLEGI INSTITUT.**

PUBLICI  
*DISPUTATIO TERTIA.*  
Ethico-Politico-Juridica

De  
**PATRIA PO-**  
**TESTATE, EJUSQUE**  
tum Constitutione

Per  
**NUPTIAS, LEGITIMATIONEM,**  
ADOPTIONEM: TUM DISSOLUTIONE.

*Ad Tit. 8. 9. 10. 11. & 12.*

- EXHIBENS  
TEXTUS

Continuationem, Quæstiones,  
Antinomias & Axiomata.


*Quam*  
Sub PRÆSIDIO

**CHRISTIANI TAUBMANI**  
J. U. D. & Profess. Publ.

*Discutiendam proponit*  
**JOACHIMUS Mager / Sedinus Pomeranus.**  
*Ad diem 29. Augusti. In Auditorio j. Ctorum horis antemerid.*

---

WITTEBERGÆ,  
Typis AMBROSII ROTHI Acad. Typ. Anno 1635.





## TIT. VIII.

De his qui sui, vel alieni juris sunt.

## MEMBRUM I.

*Continens Continuationem.*

**S**equitur de Jure Personarum alia Divisio. Nam quædam personæ sui iunt iuris; quædam alieno juri subjectæ. princ. Et hæ sunt vel in potestate Dominorum, ut Servi. §. 1. quæ tamen non debent abuti. §. ult. vel Parentum ut Liberi tit. seq.

## MEMBRUM II.

*Continens Questiones.*

I. An quemadmodum dominorum potestas vitæ & necis in servos, ita & Patronum in liberos hodie justis de causis sublata? Aff. cum Hænon. d. 2. tb. 1. Bach. hic p. 78. contra Bodin.

II. Num in hoc principio rectè fiat mentio potestatis dominicæ? Aff. cum Först. hic. d. 3. tb. 1. contra Donell. & Treutl.

III. An Imperatores rectè dicantur Divi? Aff. §. 2. cum Först. tb. 2. contra Bach. p. 75.

IV. Ælius Martianus qui hic in §. ult. refertur an sit Ictus noster? Neg. cum Först. hic tb. 3.

V. Num servus detur sine domino? Aff. cum Ungeb. Exerc. 3. q. 1.

## MEMBRUM III.

*Continens Antinomias.*

I. Alieno juri subjectos aut esse in potestate dominorum aut parentum, Aff. hic. pr. Cum tamen & uxores in maritorum sint, Giph. hic. d. 2. §. 1. 3.

II. In §. 2. sævitiam domini culpam solum esse: In l. 17. §. 1. ff. de usfr. & l. 24. §. 5. ff. sol. matrim. autem dominum plenissimam coercitionem habere dicitur. Matth. hic.

60.

III. Jus quod in §. 2. Antonino tribuitur; etiam apud Senecam c. 22. l. 3. de benef. Et Spartanum in Adriano reperitur: item ex Legge Petronia. Marcil. hic Et Hott. En. 4.

## MEMBRUM IV.

### Continens Axiomata & Digressiones.

I. Natura ita comparatum, ut tam publice quam privatim alii praesint, alii subsint. arg. pr. Et §. 1. hic. De Publica alibi. Privata potestas Familia includitur, atque inter illos est, qui ad se invicem mutuum quendam habent respectum, qui ad ipsorum utilitatem, & familie ipsius conservationem pertinet. Vult. hic. n. 4. Et ipsa seminarium est ac veluti rudimentum rerum omnium publicarum. Bodin. l. 1. de rep. c. 2. Potestas autem familie sive domestica, non est eadem, sed pro distinctione eorum, qui in familia sunt, aut ea continentur, etiam ipsa distinguitur. Sunt autem hi in triplici consideratione: una est in marito & uxore: altera in parentibus & liberis; tertia in dominis & servis, adeo, ut unus idemque paterfamilias, si reipsa hos omnes habeat, sit & maritus & pater & dominus; una eademque materfamilias sit & uxor & mater & Domina: aut si unum vel alterum non habet, habeat tandem iusta habendi. Paterfamilias: estimatur non ex familia, quem de facto jam habet, sed jure familie habenda. Don. Encl. l. 2. c. 20. b. Hinc potestas illa domestica est maritalis, patria & domestica. De ista alibi: Potestatem autem dominicam & patriam jus Civile a jure gentium acceptam ad se transtulit, itaque ornavit, ut quodammodo propriam sibi fecerit: iura connubiorum, adoptio- num, tutela & cura sibi fixit, de quibus certe omnibus non tantum ideo, quia ad personas ista pertinent, monendi somus, sed & quia videmus fundamenta sic ponit gubernationis Politice, ad quam certe, veluti finem ultimum omnium hac nostra studia referre debemus. Futuro enim legislatori aut Politico talius rei familiaris status, ejus discipline ratio & cognitio habenda est, aliter officio suo recte fungi non potest. Ac vulgo dici solet, neminem Rempub. recte gubernare posse, qui rei familiaris & propriæ domui prius imperare non

61.

non didicerit. Retinenda ig. nobis est doctrina, ut impetrandi & parendi officia in familiis sarta tectaq; conserventur, aliter neque rerum possessionem salvam, nec publicarum functionum jura integra habere possumus. *Heig. hic. n. 4. Ehem. pr. jur. l. 3. p. 150.* *Patrit. de Repub. l. 4. c. 2.* An autem imperium hominis in hominem sit naturale? *Aff. cum Cubach. cent. I. quest. dec. 5. q. 9. vid.* *Besold. l. I. Pol. c. I. n. 24. Aven. quest. pol. 25. Vintb. diss. de Rep. th. Grotius de jure bell. l. 2. c. 5. n. 27. &c..*

II. Domini jure gentium infinitam in servos potestatem habent, jure civili finitam. §. 2. hic. l. I ff. b. t. l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. Domini siquidem tam vitæ, quam necis potestatem in servos olim habuerunt. *Arist. l. 2. pol. c. 7. pr.* Ita ut in servum domino nihil non licere dixerit *Pater Seneca.* Huc pertinet illud i. *Contr. 5. Donati ad T. rent:* Quid non justum a domino in servum? Atque hæc *Andr. a. 1.* omnia jure gentium non alias ob caussam introducta sunt, quam sc. I. ut tali potestate deliniti captores libenter abstinenter à summo illo rigore, quo captos interficere poterant. *l. 239. §. 1. de V. S.* Nesciunt enim quasi pactio est, ut abstinere cogantur, si jus hoc gentium spectet, sed modus persuadendi ab eo, quod est utilius. Sed excessu medicina illa modum quemadmodum ait Poëta, & excusari immanis illa & inhumana ratio vita privandi servos nullo modo potest: quemadmodum nec tyrannorum, qui ut domini servis imperant, ac vitæ necisq; potestatem in suos pro libitu exercent, *Aristot. l. I. Pol. c. 5. in fin. & l. 3. c. 10. Jun. Brut. in vind. contr. tyr. q. 3.* Immò jus vitæ & necis (de plena & interna justitia loquor) domini in servos non habent: nec quisquam homo hominem jure potest interficere, nisi is capital commiserit. *Grotius de jure bell. l. 7. c. 5. th. 28.* Itaque iidem illi Romani, postquam non tantum belli, sed & pacis artibus delectari, & animos ferros & militares philosophie Preceptis emolliendos tradere & submittere cœperunt, hâc in parte naturæ obsequientiores facti humanius cum servis agendum putarunt. *Philosophi* igitur primum, quo loco habendi essent servi, Romanos docuerunt. Ostenderunt, inquam, & principiè Stoici, naturam inter dominum & servum cognationem constituisse: ejusque evidens exempla & in jure nostro reperi-

mus l. 32. & 209. de R. J. Jus a. civile discrimin illud introduxisse;  
 itaq; in hoc argumento cavendum maximè est, ne naturam offendamus, dum potestate civilis sine modo utimur. Non potest omnino de-  
 leteri vis illa naturæ licet effectus libertatis impediri in multis pos-  
 sit, argum. s. fin. sup. de jur. nat. Lescurius in l. 38. ff. de cond. indeb.  
 Amicitiam & civilem cognitionem cum domino esse negat. Arift.  
 at naturalem rursus concedit: cum servitutem à lege non natura  
 arcessit: & virtutes servi inesse ait: *Corpus est quod servit, Animus*  
*autem liber,* & liberior domino ipso esse potest, ut ex nostris pulchre  
 Vasq. de success. creat. lib. I. §. 1. n. 38. Animus rectus, bonus, ma-  
 gnus, tam in Equitem Rom. quam in libertinum, quam in servum  
 potest cadere. Stultius est, qui hominem aut ex ueste, aut condi-  
 tione, que uestis modo nobis circumdata est, estimat. &c. Hæc igitur  
 omnia permoverunt Romanos, ut potestati dominorum in ser-  
 vos modum tandem ponerent: statuendo scilicet, ne supra mo-  
 dum, & sine causa legibus cognita, in suos servos sævire liceat. Nam  
 l. 1. de Clem.  
 6. 18.  
 In principio, inquit Seneca, cogitandum est, non quantum illud im-  
 punè pati possit, sed quantum tibi permitrat aqui boni, natura que  
 parcere etiam captivus & precio paratus jubet. Deinde: Cùm in ser-  
 vum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere commune jus  
 animantium vetet. Castigationem tamen moderatam dominis re-  
 liquerunt: quomodo enim aliqui Paterfam. regendæ domus fa-  
 cultatem recte exercebat, cùm nec publica gubernatio aliter pos-  
 sit consistere, & prior illa hujus posterioris imaginem gerat. l. 2.  
 de juris d. t. t. C. de emend. serv. Vid. Dn. Jac. Martin. pol. p. 142.  
 Heig. bīc. p. 42. n. 1. & Holtom. S. 2. En. 2. Grotius de jure bell. l. 3.  
 c. 10. ib. 1. Disp. preced. 2. tit. 3. dign. 2.

III. Servi à dominis, crudelius vexati, confugere  
 ad ædem sacram, vel Principis statuam solebant. §. ult.  
 bīc. l. 2. ff. b. t. l. 1. de Off. pref. urb. l. 1. C. de iis qui ad stat. confug.  
 Magnam fuisse dominorum quorundam stante Repub. & ætate  
 Augusti Imp. in servos crudelitatem, discere ex Alex. ab Alex. Gen.  
 dier. l. 3. c. 20. & ib. Tiraq. Bodin. l. 1. c. 5. Pol. facile licet. Itaque  
 prudentum medicorum exemplo, necessaria medicina huic ho-  
 minum degenerantium ægritudini adhibenda fuit, ne totum\_

Reip.

Reipub. corpus infectum paulatim corrumperetur. Quamvis vē-  
rō olim nec in æde sacra, nec apud imagines vel statuas Principum  
& Heroum tuti essent Servi: tamen ubi ad Augustos inclinare  
summa rerum cœpit, non ausi fuerunt domini in d. servos abstra-  
here, ne in majestatem Principis pec cāsse viderentur. Bodin. d.  
c. 5. Hæc erant, quæ Asyla Græci nominabant, οὐδὲ τὸ στλαστόν:  
quod ab eis eripere neminem fas erat. Et est Asylum Locus refugii  
innocentibus sic à jure constitutus, ut ex eo inviti extrahi neque-  
ant. Vult. bkl. n. 4. Antiquissima autem fuérunt, & à Deo quo-  
que instituta. Num. 35. Deut. 19. Jos. 20. Eaq; apud Romanos tri-  
bus personarum generibus patuisse colligitur ex Tacito: Complē-  
bantur; inquit, templa, pessimi servitorum; eodem subsidio operati  
adversus credidores, suspecti capitalium criminum recepiabantur.  
Tempa itaque pro Asylis erant; & confugiebant ad aras & signa  
Deorum amplectebantur. Virgil. *Hic Hecuba & nata nequidquam*  
*alteria circum condensæ & divūm amplexa simulacra sedebant.* Ser-  
vorum qui hoc perfugio usi apud Plautum; & satis probat hic lo-  
cus; & de iis qui ad asyla confugiunt, Plutarch. de superst. Confi-  
dunt si signum apprebenderint, aut in templum confugerint. Christia-  
ni quoque Imp. idem privilegium templis, in quibus verus Deus  
colitur, esse voluerunt, qua de re est tiz. C. de his qui ad Eccles. At-  
que hæc quidem de sanorū in asylis, in quibus statuæ alicuius Dei  
complexus vim potissimum obtinebat. Cujus rei exemplum post-  
ea ad Regum & Principum statuas translatum est. Nam (ut Cicero  
testatur) apud omnes Græcos hic mos est, ut honorem homini-  
bus habitum in monumentis hujusmodi, nonnulla religione Deo-  
rum consecrari arbitrentur. Et meminit Livius statuæ Ptolomai  
Regis, ad quam confugerit Decius Magus. Unde à Servis quoq;  
usurpatum hoc jus est, ut ait Seneca: Et Tacitus: Incedebat, inquit,  
deterrimo cuiq; licentia impunè probra & invidiam in bonos excitan-  
di arrepta imagine Casaris: libertiq; etiam ac servi, patrono vel do-  
mino cum voces rūm manus intenderent, ultra metuebantur. Igitur  
C. Cestius Senator differuit, Principes quidem instar Deorum esse, sed  
neg. à Diis nisi justas supplicium preces audiri: neque quoquam in Ca-  
pitolium aliave urbi tempa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia uta-  
lib. 23. lib. 1. de  
Clem. lib. 3. Ann.

3. Ann.

2. Ann.

Mostel. a. 5.

se. 1.

Rud. act. 2.

se. 7.

4. Verr.

lib. 23.

lib. 1. de

Clem.

lib. 3. Ann.

1887.

lib. 4. b. st. tur. Gravitorum itaque scelerum reos hoc præsidio se tueri non permittunt jura nostra. Nov. 17. c. 7. § N. 37. 117. c. ult. § quia Idque lege Dei convenit. Exod. 21. quæ jubet homicidam abstrahi ab alteri. Et Thucid: Involontariorum delictorum perfugium esse aras asseritur. Quod rursus Lege Dei convenit. Num. 23. 11. & Deut. 19. Asylum e. est locus innocentibus non nocentibus constitutus. d. Nov. 17. c. 7. Nec recipiendus reus antequam rationes Magistrati exposuerit. ib. Summa itaque juris est corruptela, justitiae Dei proflus contraria, quæ sponsæ, Virgini vestali, aut Cardinali purpурato, morti præcipere reum permittat. A quâ quoq; non dissimilis illa, quæ ob pompam nuptialem Principis, vel novi Domini inaugurationem reis graviorum criminum impunitatem concedit. Author disp. de jur. princ. in jur. publ. Francof. ib. 59. & 60. Hottom. b. c. En. 1. Heig. Bachov. & Valjej. ib. Lectius in orat. p. 119. Ad autem adhuc hodie tempora Christianorum recte constituantur Asyla? Aff. cum Hænon. D. 2. th. 1. Heig. part. 2. q. 24. n. 44.

Q.

IV. Domini interdum rem suam alienare coguntur. ib. & l. 1. §. 27. ff. de question. l. ult. ff. si quis à par. manum. Quia nonnulli ob leves fortè caussas prædicto remedio, & ut invidiam domino crearent, non defensionis suæ caussa utebantur. l. 28. §. 7. ff. de pœn. Ideò prudenter Antoninus Imp. cognitionem Præsidis defugia illa servorum esse voluit, ut sciatur, an justè illi de dominis suis querantur. Nam ut justas querelas audire æquum est, ita calumniam, vel maximè à servo, abesse oportet. l. 1. §. 3. 4. ff. de Pref. urb. l. 7. §. 2. ff. de injur. Cognitionis modus talis est, ut si intolerabilis videatur sævitia dominorum, servos suos bonis conditionibus vendere cogantur, ut pretium ferant. Ergo Princeps subditis bona sua non potest auferre, vel jus quæsumum tollere, non refuso pretio? Ita puto cum Cubach. cent. 1. dec. 3. q. 5. Fachin. contr. 8. c. 63. Est autem elegans rescriptum, quod & caussam hujus moderationis continet. Inquit enim Imp. non posse quidem dominis ius suum auferri, ita nolente Domino liber fierietiam ex voluntate Pop. Rom. servus non potest. l. 17. ff. qui & à quib. l. 3. C. Quimanum, non. poss. Nec Princeps subditum rei suæ dominio privare. l. 6. C. unde vi. l. 4. C. de emane. libb. At contra hīc affertur elegans ratio,

ratio, quæ temperare illud superius axiomapoteſt: videlicet inter-  
 eſſe ipſorum Dominorum, ne pro libitu potestate ſuā utantur: Itaq;  
 etiam tūm illibatam dominis potestatem cōſtare, cūm querelæ ſer-  
 vorum audiuntur; imò verò alioqui ſtabilem & firmam eſſe non  
 poſſe: Quia nullum violentum diuturnum. Queſadmodum ipſo-  
 ium Principum intereſt, ſi ſubditos habeant magis ſe amantes,  
 quām metuentes: ac leges ipſae ex utilitate & commodo ſubdito-  
 rum ferendæ ſunt Diuturnior & ſtabilior ea potestas eſt, quæ amatur,  
 à qua benignitatem & clementiam ſperare poſſis. Cūr enim bellum  
 ſervile Romani & aliæ gentes ſentierunt, niſi qnia durius ſervos  
 habuerunt: Quibus profeſtò & facilioribus & fidelioribus uſi fu- Sen. 1. de Clem.  
 iſſent, ſi moderatam in illos potestatem exercuiffent. *Patrit. de Repub. l. 4. c. 7.* Quia Severitas amittit aſſiduitate auctoritatem: Et *Sallust. Jug. Sævitia*: Plus timoris quām potentiae addit. — Peragit tranquilla potestas *Claudian.*  
*ſtas. Quod violenta nequit: mandataq; fortius urget Imperiosa quies. Paneg. Malo.*  
 Temperatus enim timor eſt, qui cohibet: aſſiduus & acer in vindictam  
 excitat. Hæc igitur temperatio pro dominis nō contra illos eſt. Eſt Sen. ib.  
 & pro Reipub. tranquillitate. Recteq; hīc dicitur: Interesse Reipub.  
 ne quis re ſuā male utatur. Quamvis enim in re ſua unusquisque  
 moderator & arbiter dicatur. *l. 21. C. mandati.* tamen supremum  
 in nos & bona noſtra legiſ dominium extat, quæ præcipit, quem-  
 admodum rebus noſtriſ uti debeamus. Hujus legi ſervi ſomus, ut  
 liberi & rerum noſtrarum domini eſſe poſſimus. *l. 2 ff. de U. l. 1. &c. ff. de minor. Heig. bīc. n. 8.* Jus enim quod publicum eſt præfer-  
 tur hominiſ voluntati, quæ eſt privata. *Jure autem reguntur Reſpub. non privata cuiusq; voluntate.* Et ſicuti in omnibus juris partibus,  
 ita in contractibus etiam ſummam ſemper jus autoritatem obti-  
 net, quæ ſi adſit, quæ ſiūnt, ſiūnt recte; ſi abſit, non recte. *Vultej. bīc n. 6.* Indeſq; prodiitum eſt, *Principi ex cauſa neceſſitatis, & publicæ Pacis & tranquillitatis etiam ſubdito rem ſuam auferre licere.* Major  
 enim publicæ quām privatæ utilitatis ratio habenda eſt. *Dā. l. 1. ſol. matrim. Grav. de antiq. temp. part. I. pr. n. 33. Vasq. in illuſt. l. L. quæſt. 15. & 17.* An verò pro tali re ſubditis à Principe perſol-  
 vendum preſtum? *Difting. cum Cubach. all. dec. q. & 7.* Sic argu-  
 mento hujus loci prodiitum eſt: Principem immodeſc in ſuos ſub-  
Q.  
Q.  
Q.

B

ditos

ditos sacerdientes, jurisdictione suā, quam in illos habet, rectè pri-  
vari posse. *Vasq.* 16. l. 1. c. 8. n. 17. &c. *Vid. Lips. pol.* l. 2. c. 13. *Gail.* 2.  
§. 72. & obs. 56. *Treutl.* v. 1. d. 8. tb. 5, b. *Harpr.* p. 186. n. 10.

3; Off.

lib. 2. bist.

Liv. l. 26.

c. 36.

Vell. Patrc.

l. 2. c. 3.

Cic. 1. ad

Attic. ep. 17.

1. off.

Cic. 3. off.

apud sen.

in ludo.

Cic. 2. off.

Ibid.

Arist. 5. pol.

c. 10.

Q.

V.. Recipublicæ interest, suis quemq; fortunis bene-  
uti. *ibid.* Singulorum enim facultates & copiae, divitiae sunt civitatis.  
ait Cicero. Et aliâs hoc certissimum est, quod ubi res privatorū bene-  
& rectè se habent, ipsa Respub. melius habere intelligitur; quæ præ-  
sertim jus habet, exigentibus necessitatibus, utendi rebus privato-  
rum; facit quod dicitur in l. 1 § 20. de quest. in tributis esse Reipub.  
nervos. *Bacch.* bta. Quod etiam reciprocari testis est hæc *Thucidi-*  
*dis* sententia: Arbitror multò melius agi cum singulis, cum universa  
civitas fortunata est: quâm cum per cives singulos beata est, communi-  
ter autem infortunata. Nam is qui per se beatus est, dum Patria labo-  
factatur, nihilominus cum illâ perit: cui verò res adversè sunt, infor-  
tunata tamen civitate, multiq; magis est incolmis. Respublica enim  
incolumis & privatas res facile salvias præstat: publica prodendo,  
ne quicquam tua serves: Itaque quicquid publicè salutare non est;  
privatum etiam alienum est existimandum: & statim merito judican-  
di, qui amissa Respub. piscinas suas fore salvias spernant.

V.I.. De querelis eorum cognoscendum, qui vel  
durius habiti, quâm æquum est, vel infamii injuria adfe-  
cti. *ibid.* Rectissime Cicero: Meminerimus, inquit, & adversus infi-  
mos justitiam esse servandam. Fundamentum enim perpetua commen-  
dationis & famæ Justitia est: sine qua nihil potest esse laudabile. Præ-  
clarè Augustus Imp. Pietate & Justitia, Principes Dij fiant: Etori-  
giné sceptri si repetis, Fruendæ justitiae causâ reperies olim benè mo-  
ratos reges constitutos. Quid enim aliud quâm contravim & ma-  
nuariam illam legem inventi & invecti isti? ut essent, qui summos:  
cum infimis pari jure retinerent. Benè sapientiæ filius: Rex debet &  
vult esse custos, ut nec opulentii injustum aliquid patiantur, nec plebs:  
contumeliam accipiat. Princeps igitur ad bonum potens & pro:  
communi hominum salute creatus est. *Franc.* Topius de potestate  
Princip., sec. §. 3. Unde mortem commeritum impunè dimittere non  
debet; præsertim si crimen legè divinâ capitale fuerit. Quia Dei:  
est

test judicium. Et male facit, qui faciem in iudicio cognoscit. Nam, qui Psalm. 82.  
uni indulget indigno, ad prolapsonis contagium provocat universos. Lev. 19. 15.  
Et impunitas delicti, incensivum est delinquendi. c. est injusta. q. 23. Ambros. off. 1.  
Cur enim secundum desperet effugium, qui laqueum prioris cri- Symmacb.  
minis evasit. Sive is nobilis fuerit, sive ignobilis. Quo enim major l. 10. ep. 44.  
in Principem est obligatio & fides, eò gravius censetur delictum. Q.  
Cic. in Catil. Imò exasperatur potius poena quam mitigatur de ju-  
re. l. 8. de Episc. C. Cler. l. 3. C. de curiosis lib. 12 l. 14. de pœn. Non  
enim permittendum, ut sub praetextu privilegii flagitorum cre-  
scat auctoritas. l. 2. C. de privil. Scholar. lib. 12. Et universa amittit  
privilegia, qui illis abutitur. l. 12. & 17. C. de dignit lib. 12. Multò Cic. 2. off.  
minus concedendum, ut illud Anatharsis prædicatur de Princi-  
pum legibus: Musca flaminibus veluti capiuntur in istis: Sed culices  
rumpunt viribus illa suis. Legibus obstrictum sic vulgus inane tenetur:  
Hasq; levi infringunt imetu turba potens. Quare justissime sustulit  
Stephanus Poloniæ Rex, barbarum morem nobilium, qui impuni-  
tatem cædem perpetrantibus concedebat, certa pecunia corpori  
interfecto imposta. Hom. de reb. Liv. Jus ergò Princeps dicat,  
reddat: & id habeat supra omnem injuriam positum. Nihil in pena Sen. de clem.  
tibus ejus venale sit, aut ambitioni pervium. Caussas reosq; audiat, lib. 1.  
Quia inauditi arg, indefensi tanquam innocentes pereunt. Uno ver Tac. B. ann.  
bo: Fiat justitia & pereat mundus: Moriatur Absolon & vivat Isra- l. hist.  
el. Vid. Lips. l. 2. pol. c. II. War. ab Erenb. de subs. Regn. C. 19. n. 3.  
Bodin. l. 1. c. 10. n. 100. Jus de jure Princip. in jur. publ. Franc. lib. 47.

VII. Auxilium contra saevitiam, vel intolerabilem  
injuriam non est denegandum iis qui justè deprecantur.  
arg. §. ult. Ergò, inquis, si adeò indifferenter justiciæ securim di-  
stringere Princeps tenetur in delinquentes, nullius relinquitur  
locus CLEMENTIAE? Nullo modo hoc virtutum præcipuo side- Ter. Heaut.  
re spolio; aut omni ratione συμπαθείας Principem exuo! ut po-  
tius id unicè expetam, ne summum jus, quod summa sapè malitia  
est, quodq; antiqui summam putarunt crucem, præcisè nimis urge- Colum. lib. 1.  
at. Dei quidem proprium est condonare culpam: hominis vero  
justiciæ lancem rectè dirigere, ac pro ratione circumstantiarum

pœnas impônere. *Clementia enim paululum inflectit leges, nihil tamen contra rectam rationem committit: Se veritas autem nullo modo flectitur.* Dum *Clemens de supplicii rigore aliquid remittit, ex mente legis judicat, reum plus pati non oportere: Ut potest si cædes fortuitò facta, aut illata vis propulsa, vel aliud quidpiam contra civiles leges commissum, ibi non subitò reum securi percutit:* Quas tamen circumstantias severitas non respicit, sed pœnas ex verbis legum instituit. Deinde in casibus, ubi binolia pœna certa  
**Deut. 25. pr.** præfinita; vel præfinita quidem, sed rebus merè humanis, ibi præarbirtio pœnam imponere potest. Ubi verò lex scripta cum lege Dei convenit, Princeps nihil propriâ temeritate sed omnia Dei jubentis auctoritate facere debet. *Mart. class. 2. c. 9. sect. 31. Bodin. L. 1. c. 10. n. 100.* In totum igitur pœnam remittere non est clementia, sed venia à solo Deo speranda. *Misericordia absq; justitia futurus.*  
**S. Mat. b.** *Justitia verò absq; misericordia crudelitas est.* Magistratus, ne aut animi severitate magis vulneret, quam medeatur. *Irratus recolat quod nobilis ira Leonis;* *In sibi prostratosse negat esse feram.* Vel superstitione clementiae affectione in crudelissimam incidat humanitatem, si molli, dissolutaque indulgentia, cum multorum pernitie diffundat. *Mergitur navis, si vela nimium tendas; si parum laxes, vebitur tutius.* Usurpet igitur Princeps: & amorem apud populares, meum apud hostes querat. Nec dominationem & servos; sed rectorem, & cives cogitet: Clementiamq; & Justitiam capessat. Et justis deprecationibus eorum interdum cedat, nec omnia negando, ad extremam ipsos necessitatem adducat. Näm non Camilli modò, sed omnium sapientum judicio, firmissimum id demum imperium est, quo obedientes gaudent. Contra verò curæta imperia crudelia, magis acerba quam diurna esse solent. Sit ante oculos Nero, quem sua immanitas cervicibus publicis depulit: sit, ne profanis tantum immoratur, Rex Iudæorum Roboamus, qui cum suscepisti aviti regni fastib; se præstaret atrociorum, quam novo regno conduceret, & pro flagellis Scorpiones minitaretur, contra quam Seniores monuerant, cedendum esse petitioni subditorum, & loquendam verba lenia, futurosq; ipsi servos tunctis diebus; effecit, ut populus à se domoq; Davidica deficeret. Jam verò que acciderunt, accidere possunt: nec absurdum

v. 33.

absurdum, obvia in multis nostrorum temporum similitudine, ab iisdem causis pares exitus animo praecipere. Sic enim fieri amat, ut, *Prov. 10. 30.*  
 qui nimis emungit, sanguinem eliciat. Quidam & subditos? Ita ut sa- *Sen. de Clem.*  
 pè in potestatem domini non revertantur. arg. §. ult. hic in fin. Injuri-  
 as enim à Principibus (multò magis ab eorum administris: quod  
 vel Helvetia docere potest) illatas subditus, magnorum malorum  
 causam esse. Sic ex Hispania propter ineffabilem Albani sævitiam,  
 irreparabile damnum sensit in Belgio. Errat, namque, si quis  
 existimet tutum esse; à quo nibil tutum. Securitas mutua securi-  
 tate paciscenda: Estque inexpugnabile munimentum Principis,  
*amor civium.* Extremè autem absurdus est Machiavellus, qui  
 existimat: Principem huic malo prævenire posse, si per fas &  
 nefas è medio tollat, & crudas Busyridis aras suspectorum sanguine  
 conspergat, seq; fidelissimorum satellitum custodia muniat. Hac  
 enim ratione ipsi tyrannidis venenum infundit, & postea antido-  
 tum parat, creatq; ipsi periculum, nescius an evadere possit, nec  
 ne. Quo quid homine Politico ineptius sit, non video. Princi-  
 pem suum instituere debuisset, ut ex virtutis & naturæ prescripto  
 imperaret, ac civium animos sibi devinceret, quo extra omne pe-  
 riculum, securus absg; satellitibus iu utramq; aurem, etiam insubdi-  
 torum sinu dormire posset: non autem, ut se difficultatibus illaque-  
 aret, ut ejus inepio remedio indigeret. Vid. *Jctus de jure princip.*  
*rb. 50. & 61. Beren. tub. pac. p. 31. & 68. Lips. pol. l. 2. c. 12. Grotius*  
*de antiqu. Reip. Batav. c. 3. & c. Pflug, de Rep. Germ. p. 29.*

VIII. Justa adversus dominum deprecatio est con-  
 fugiendo vel ad ædem sacram, vel ad Imperatoris statuā.  
 arg. §. ult. l. 1 §. 5. & 8. ff. *De offic. pref. urb.* Indomitum animal homo  
 est, nullumque quod meliori arte gubernari velit. Eodem enim  
 stercore, eodem etiam æthere orti omnes, cur nimium pro pau-  
 corum lubidine calcemur? Hinc per omnes humanæ societatis  
 gradus vetita est sævitia, vetita est abusio potestatis. Patronus si  
 clienti fraudem faceret, censoria nota sacer erat. *Halicarn. l. 2.*  
 In herili potestate invisa visa fuit Jovi sævitia domini, Livio teste,  
 proptereaq; servus sævitia, fame, obscenitate pressus venire jus-

70.

Sus est. hic. Pater etsi vitam vi potestatis eripere quondam impunè poterat. l. fin. C. de patria pot. postmodum tamen ob ferociam emancipare cogebatur. l. 4. ib. Praeceptoris animorum parentis saevitia culpæ adnumeratur. l. 6. ff. ad l. Aquil. In matrimonij vinculo thoros propter asperitatem scinditur, nullo alioquin ense solvendus. c. litteras, ubi Panormi restitut. Ipol. Ipsius judicibus immodice ferocientibus fræni temperies adhibita est. l. 2. C. de custod. reor. Vasallus quoque ob violenta ludibria patronali Imperio solvitur. Zorann. de dupl. ven. n. 75. Quanto magis ergo subditi obsequio, fide, Sacramentique vinculo liberabuntur, si Princeps concessu dominatu ad saevitiam aut proterviam præpostere abutatur. per c. scelus. 2. q. 1. Non enim populus est propter Principem, sed Princeps propter populum, ejusque utilitatem. Heig. l. i. q. 19. Princeps pastor est, qui pro grege excubet. Sed si legitimus Princeps sui oblitus tractet truculenter subditos, quis eos eximet, quis servitute eripiet? Libertatisne janua patebit, ut non solum ipsi sponte exire, sed & Tyranno promiscua manu perire possit? sicuti surali dogmate vociferati sunt factionum tubæ, Principum sanguinarij sicarii, & venenarij Jesuite, Rerumpub. eversores, ut Mariana, Toletanus, Rossanus & similes. Quorum è schola parricida iste prodidit, qui Regi Gall. Henrico IV. vitam eripuit: Qui à supremæ auctoritatis judicib⁹ de causa suscepti patricidij interrogatus, quum more patro in reorum sellula sedert, liquidò & diserte respondit: Ideò se, quod fecisset, fecisse, quia Rex Protstantibus opem ferre paratus in causa Clivensi, Pontifici Max. rem faceret ingratam; ac proinde dignus esset, qui periret. Deum enim se in terris Romanum Pontificem agnoscere, cuius voluntati, qui se se quovis pacto opponeret, eum le habere avouatum, (suomet ipsius factō condemnatum) & exitio devotum. Quia Papa est Deus & Deus est Papa. O. horrendam blasphemiam Apage pestem! Non enim Rex postulatur, ut Medicus, cuius Imperia durant, quamdiu placet ægredo. Nec convenit cuilibet servos vocare ad pileum; nec populari ludibrio, sacrosancta principis majestas exponenda, aut unius cujusque pedibus subjicienda. Subditi quidem immittere in possessionem, dejicere verò rursus pro lobi,

pro lubidine Dominum non posse; eique propriâ se subtrahere.  
 autoritate, suig, sursum facere non licere, DD. innuunt, per l. i. C. de Q.  
 serv. fug. Quid ergo? Si Clodius ad tribunal, Verres ad præturam,  
 Catilina ad consulatum, Phalaris ad sceptrum, licebitne viro for-  
 ti esse tam degeneri, ut æquis oculis Patriæ calamitatem intuea-  
 tur? Ut injuriam avertas, utere amicis deprecatoribus. arg. l. 7. s. 4.  
 de adil. edic. Aut jus publicum invoca, & potestate superiori præ-  
 ditum adito, qui vim pati prohibessit. l. 13. & 24. ff. quod met. c.  
 hoc est, conquerantur subditi, & supremi Principis opes implo-  
 rent; P. Greg. 26. de Rep. c. 7. n. 19. simulac enim (remediis lenio-  
 ribus frustra tentatis) banni poena pronuntiatur, hostis Imperii  
 fit, amittitque omnia quæ juriis civilis. Zang. de except. p. 2. c. 8. n.  
 17. In imperio nostro Cæsarem habes, Cameram habes, Status  
 Imperii habes, ubi plangas, Gail. I. O. 17. Horum sola autoritas est,  
 ut non modo à Principum subalternorum Imperio subditos exi-  
 mere. Mysf. 3. O. 99. n. 3. sed & si opus, planè Dionysios expellere,  
 Nerones more majorum plectere, Wenceslaos augustalibus infu-  
 lis exuere possint. Grot, de antiqu. Batav. c. 7. Husan. de hom. propr.  
 c. 8. n. 38. Vos verò privatim subditos ad mitia consilia voco,  
 & aureum Patientiae numen, quod non nisi seditionum furiae  
 conculcant. Ad adem sacram, id est, ad preces, lachrymas & vi-  
 tæ emendationem cum Ecclesia confugiant. Adscendat deprecatione  
 & descendat commiseratio. Hæc enim sunt fidelium arma, quibus  
 mundi furores expugnant. Cogitate sacra ista capita à Deo esse,  
 nec profana manu immoienda Sc. Gentil. de conjur. p. 219. Bod.  
 2. rep. c. 5. n. 212. Cogitate igneas heroum mentes à Deo in pos-  
 sessionem missas, nec vestro arbitratu expellendas. per l. i. de serv.  
 fug. Bodin. ib. ubi B. Lutherum eruditissimum Theologum vocat,  
 quod Germanorum Principes ab armis contra Cæsarem suscep-  
 tis dehortatus fuerit. Fer ergo, quisque es, tempestatem istam ac  
 imbrems: & ut melior aura adspiret, cœlum implora. Si moram  
 fecerit Dominus, Expecta eum. Unser Herr Gott hat dein expe-  
 ctant auch oft sehn müssen. Melanch. post. part. 2. p. 55. Quod ne-  
 sic quidem emendatur, solum verte, unicum levamen mali, absen-  
 tiam à malo cense: γνῶπεγνῆς, Lips. i. const. 1. In patria enim de-  
 git:

72.

git, quisquis cum Deo suo exultat. Durum quidem hoc : sed lex  
ita scripta, cum lllp. l. 12. §. 1. ff. qui & quib. manum. Vid. Victor. de  
Exempt. concl. 14. Iustus de jure Princip. th. 36. 37. &c. Casauben. ad  
Front. Ducaum. p. 14. Schönb. 2. pol. c. 40. Casus 4. Spb. civ. c. 10. E-  
renberg de regn. subs. c. 11. Beren. in pac. p. 117. Reincking. de reg. scc.  
l. 1. c. 3. & s. Arnis. de autoritate Princip. c. 1. &c. 2. num. 11. Harpr.  
part. 1. p. 182. n. 10.

IX. Fraus legibus facta severius execuenda. §. ult. in  
fin. hic. Lex enim carens executione, est quasi campana aut mola-  
sine pistillo, & quasi Magistratus mutus aut mortuus. Et tamdiu  
vigent Repub. quamdiu leges in his bonæ (que illorum anima) ob-  
servantur. Hujus executionis facienda gratiâ Magistratus con-  
stitutus est, ut sit ille lex vivens, minister & custos legis mutuæ. Et  
ut in navi necessarij Navarchi & vectores: sic in Repub. interpre-  
tes & executores legis. Quorum officium & cognitionem ne-  
mo privatus prævertere debet, multò minus servatis verbis Legis,  
fraudulenter mentem ejus circumvenire. arg. l. 29. & 30. ff. de  
ll. Quæ calumniosa & sophistica Legum expositiæ Jesuitis magni-  
perè est probata; quibus stat sententia adamente fixa: In eos, qui  
de religione non eadem per omnia sentiunt quos falsò Hæreticos  
appellant, talem fraudem esse permittam modò dicenda fraus.  
Nam Pontifex, qui, docente Bellarmino, potest efficere, ne Cæsar sit  
Cæsar, cur non id quoque efficiat, ne fraus sit fraus? Ethoc scili-  
cer est Dominum Jesum, qui audit ipsa justitia, ipsa veritas, cui ni-  
hil falsum potest placere, imitari: & quidem non cæterorum ho-  
minum Christianorum more, sed peculiari instituto, & religio-  
ne sanctiore id agere, id totis ingenii viribus contendere, ut Ve-  
ritas, veritas inquam, certa, explorata, omnibus nota, de qua vel  
dubitare insania sit, cui se opponere furor est, artificio narrandi,  
constantia in æquivocando, quam Politicæ vocant, obscuretur, ac  
de memoria hominum, si potest, tandem funditus deleatur. Sed ut  
Sicariis Cornelia lex non placet, neque Remmia quadruplatoribus:  
ita illis, qui Statum alicujus habent invisum, leges illæ supra me-  
dum displicant, quæ ipsum præstant innoxium & securum. Sed ut  
Abominatio Domini est omnis illusor. Vid. Bodin. l. 3. Rep. c. 1. Melch.  
Jun. pol. quæst. l. 1 q. 6. Althus. pol. c. 29. n. 14. Thum. de æquivoc. Jes.

Prov. 3.

p. 146.

73.

p. 146. Casaub. Ep. ad Cardin. Front. Ducaum p. 61. § 66. Disp. meane  
de O. I. th. 39.

## TITULUS IX.

### DE PATRIA POTESTATE.

CONTINUATIO] PATRIA ista POTESTAS est jus, quod PATER ex jure civili haberet in liberos, pr. Et CONSTITUITUR naturaliter & civiliter. NATURALITER per justas nuptias; Quae sunt viri & mulieris conjunctio individuam vitæ coniuetudinem continens. §. 1. bīc. Giphan. disp. 3. th. 6.

QUAESTIO I. Num potestas talis in liberos sit juris civilis? Aff. cum Hæn. Disp. 2. tb. 2. Vngeb. Ex. 3. q. 2. contra Vacon. & Alb. Gen. v. 4 de nupt. 1. Vid. Först. D. 3. tb. 13. Cubach. Dec. 8. q. 1. Don. En. l. 2. c. 20.

II. Num polygamia sit in Repub. Christiana permittenda? N. cum Först. D. 3. tb. 9. Arnif. de jure connub. p. 253. Harpr. bīc. p. 219. n. 31.

#### Axiom. & Digress.

I. Patria civiū Romanorum potestas juris est civilis. S. 2. bīc l. 3 ff. de his qui su: vel al. Cujo sententiae hæc vis est, ut nullus peregrinus patriam in civem Rom. potestatem habeat: neque qui prius habuit, si peregrinus fiat, & civitatem amittat, eam retinere possit infr. tit. 12. Verum id non de imperio paterno, quod naturæ lege atque ordine gentes omnes usurpant, sed de vi ac potestate, quam cives Rom. sibi propriam ac peculiarem instituerunt, intelligendum esse lex Romuli demonstrat; quæ non bona tantum, sed & vita liberorum in potestate parentum erat; cuius meminuit Dionys. lib. 2. § 8. Qui hoc acriplius addit: Idem parentibus licuisse in filios, qui vel Rempub. administrarent, vel summos honores gessissent: unde factum sit, ut illustres sæpè viri ex Rostris, cum conciones haberent, Senatui quidem adversas, plebi vero secundas, à Patribus per vim abducti, atq; eo quo libuit ab ijsdem suppicio affecti sint. Quin etiam Dionys. paulò post adscribit, maiorem patribus fam. in suos liberos, quam heris in suos servos permissione esse potestatem. Atque hoc est quod ait Imp. nullis hominibus talem esse in suos liberos potestatem, qualis est civib. Rōm. Nam

C

pote-

potestas vitæ & necis, dē qua mentio fit *in l. II. ff. de lib. & post. l. ult. C de patr. potestate.*, Persarum quoque & Scytharum communis fuit. Verum hæc meritò posterioribus seculis displicuit: nec, et si id maximè contendat Bodinus, in usum revocanda est. Aureum est Adriani Imperatoris præceptum: *Patriam potestatem in pietate debere, non in atrocitate consistere.* *l. 5. ff. ad l. Pomp. de paricid.* Tuendæ vitæ potius potestatem quam tollendæ natura parentibus dedit §. I. 5. *de J. N. G. Tiraqu. ad l. si unquam. C. de revoc. donat.* ubi de amore liberorum plura. Non debet homo, quem corpori dare non potuit, vitalem spiritum pro libitu adimere: ac præceptum Dei de homicidio generale est: neque Parentibus, sed populo puniendam liberorū impierat & exequendam legis sententiam dominus concedit. Rectè igitur durior illa liberorum conditio à posterioribus & melioribus repudiata est. *Steph. Forcat. in Necyom. dial. 81. n. 4.* Hinc Aristoteles ait, genus potestatis in liberos esse βασιλικόν regium. Nimirum Rex imperat subditis, volentibus per amorem: amat subditos, & eorum curam gerit, & ad eorum commodum & utilitatem tempub. gubernat. Unde & ab Homero Jupiter pater hominum & Deorum, & Principes & Reges patres & pastores Populorum vocantur. Ita & pater liberos ex se editos amat & eorum curam gerit. Quæ solidissima ratio convincit nimiam potestatem in liberos à verâ ratione, & ab ipso jure gentium abire & abhorrere; & esse potestatis potius abusum Vid. *Heig. & Hott. hic Bach. ib. Car. Sigon. de antiqu. jur. Civ. Rom. l. I. c. 10. Bodin. l. I. c. 4. Connan. l. 2. Commo. c. 13. n. 2. Coras. de art. jur. l. 2. c. 6. Dom. En. l. 2 c. 20. c.* An autem Patri magis obtemperandum quam matri. Prius Aff. cum Turturet. paral. *Eib. jkz. rid. Dis. 35. p. 316.*

*lib. 2.* I L. Conjugium ad tempus contractum, non est iustum conjugium. §. I. Et Romæ primum ita matrimonia instituta, ut nunquam dissolverentur: quemadmodum ex Romuli legge, quam Dion Halicarn. commemorat, facile est intelligi: *Mulierem nuptam, quæ ex sacris legibus cum viro convenisset, sicut et ius omnium & bonorum & sacrorum esse;* quæ privata cujusque familiæ apud Roman. erant. Harpr. hic p. 228. n. 74. Eamque legem Modestinus significans in l. I. ff. *de rit. nupt. Nuptiae, inquit, sunt consor-*  
*tium.*

viii omnī vita, divini & humanī juris communicatio. Quā de causa per  
 annos 320. divortium Romanum nullum fuisse, Dion. & Agell. l. 4. c. 3.  
 testantur. Quod igitur solenne erat Romanis, ut sponsa cubiculū  
 ingressa diceret marito, *Vbi tu Cagus, ego Caja*, id recte de mutuā  
 in adversis & secundis rebus operā accipi potest. Sed post obti-  
 nuit, ut ex levioribus quoque causis uxores dimitterent, quod  
 ostendit exemplum relatum à Plutarch. in vita Aem. Pauli. Ro-  
 mani cujusdam uxorem pulcram & fœcundam & pudicam di-  
 mittentis; & amicis improbantibus factum, respondentis, cal-  
 ceum quoq; quem induitus erat, benefactum videri, sed neminem nosse,  
 qua parte premat pedem. Jus autem non fuisse vicissim uxoribus  
 repudiandi maritos, & ab illis discedere, indicio est querela mu-  
 lieris apud Plautum: *Nam si vir scortum ducit clam uxorem suam,*  
*Id si rescivit uxor, impune est viro.* *Uxor viro si clam Domo egressa* *Mercal. a. 4.*  
*est foras.* Viro fit causa, exigitur matrimonio. Sed postea mori-  
 bus in pejus rueribus non minus uxori permisum fuit, repudium  
 mittere marito; & elegans est locus apud Juvenal. sat. 10. de mulie-  
 re, quæ crebro divertendo intra quinque annos octies nupsit. I-  
 sta autem levitas merito displicuit Imp. Christianis, qui tantum  
 graviores causas divortii admirerunt. Et quidem ex Justiniani  
 constitut. accedente præsertim cognitione magistratus fieri divor-  
 tium constat, præter adulterium, præcipue ob insidias & inimicitias  
 capitales, & sævitiam intolerabilem & desertionem malitiosam.  
*Nov. 22. 117. l. ult. C. de repud. de quibus alibilatius.* Vid. *Dd. b. c.*  
*Heig. b. c. n. 25.* Bach p. 76. Gent. 6. de nupt. 6. Först. d. 3. th. 12.  
*Beust.* & alii. Harpr. pic. p. 222 n. 42.

## TITULUS. X. DE NUPTIIS.

### MEMBRUM I.

*Continens Continuationem.*

Nuptiarum requisita sunt: I. ut contrahentes sint *Cives Rom.*  
 II. ut sint *Puberes.* Giph. D. 3. th. 7. III. ut interveniat *Consensus tam*  
 contrahentium, quām quorum in potestate sunt. IV. Ut secun-  
 dum legum præceptia coeant. pr. Vnde à quarundam nuptiis ab-

76

abstinendum est: I. Ratione *Cognitionis naturalis*; quæ est necessitudo eorum, qui unà communiter nati, vel ab eodem progeniti sunt. §. 1. 2. 3. 5. vel *legalis*. §. 10. II. Ratione *Affinitatis*; quæ est diversarum cognitionum per nuptias copulatio. §. 6. 7. III. Publicæ honestatis. §. 9. arg. l. 197. de R. J. Harpr. h̄c. p. 218. n. 27. Civiliter patria potestas acquiritur. I. Legitimatione; quæ est actus civilis, quo is, qui naturalis est, legitimus efficitur. Cujus species sunt: Oblatio curiæ, & subsequens matrimonium. §. 13.

## MEMBRUM II.

### Continens Quæstiones.

I. Utrum consensus parentum de jure Naturali, Civili, & Canonico sit necessarius? Aff. arg. pr. cum Först. d. 3. tb. 18. &c. Giph. d. 3. tb. 9. contra Robert. & Guibert. Vid. Ungeb. q. 5. Riem. dec. 2. q. 4. Arnif. de jure connub. p. 123. Don. En. 13. com. 20. L.

II. Num ratihabitio locum habeat in nuptiis? N. cum Först. 3b. 21. arg. a. pr. præcedere. contra Wes. & Lyclam. Vid. Ungeb. q. 6. Riem. q. 4.

III. Num consensus sufficiat in nuptiis? Aff. cum Giph. tb. 12. Ungeb. q. 4. Harpr. p. 204. n. 15.

IV. Num frater cum sorore committat incestum iure genti? Aff. cum Riemero det. 3. cor. II. contra Först. h̄c. d. 3. tb. 24. Vid. Osterm. in Rat. p. 62.

V. An ab alio vitiata ignoranter ductam retinere quis debeat? Neg. cum Riem. dec. 2. q. 6. Hæn. tb. 9. contra Först. Wes. & Bronch.

VI. An matrimonium inter fidelem & infidelem contractum debeat dissolvi? Neg. cum Först. tb. 15. contra Canonistas.

VII. Utrum matrimonium dissolvi possit ob veneficium, vel alia crimina, præter Adulterium? Aff. cum Först. tb. 12. contra Treutl.

VIII. An nuptiæ citra parentum consensum initæ, si copula carnalis fuerit insecuta, possint rescindi? Aff. cum Reza de divorci. p. 79. & 144. & Riemer. det. 2. q. 5. contra Först & Wes.

IX. An possint invitæ legitimari? Neg. cum Hæn. tb. 19. & Fabr. l. 3. cor. c. 54. contra Salicer & Lupum.

X. Num

X. Num Legitimitatio per subsequens matrimonium de jure civili procedat etiam sine dotalibus instrumentis? Neg. cum Bach. bīc. & Hænon. th. 7. contra Först. & Treutl.

## MEMBRUM III.

### *Continens Antinomias,*

I. In §. 1. bīc. Adoptatis nuptias cum parentibus adoptivis etiam dissoluta adoptione contrahere interdicitur. Et in l. 55. §. 1. ff. de ritu nupt. filio jam emancipato ducere matrem ejus qui pater adoptivus fuit, permittitur. Vid. Martin. in d. 1. th. 89. Bach. bīc. p. 90.

II. Duorum fratum vel sororum liberos inter se conjungi posse afferit. §. 4. bīc. Cui Theophilus & Cajus expressè contradicunt. Först. d. 3. th. 25. & Arum. Ex. 2. th. 13. Matth. bīc. p. 37. Richterh. diff. jur. Civ. & Can. p. 61. Treutl. vol. 2. d. 6. th. 2. e. Osterm. in Ration. p. 64.

III. Comprivignos, qui neutrum parentem communem habent. Germ. zwiegebrachte Kinder / rectè contrahere matrimonium, colligitur ex §. mariti 8. bīc. Cui tamen scrupulum movit Ant. Matthaeus, ita quidem, ut hoc, quod statuitur, hoc §. & l. 34. §. 2. de ritu nupt. l. 134. pr. de V. O. ut contrarium juri divino Lev. 18. v. 11. internavos Juris Civilis referre non dubitaverit. Qui tamen ex sententia Bachovii bīc. & ad Treutl. tit. de nupt. th. 3. b. rectius fecisset, si in hoc & aliis capp. ab juris nostri reprehensione abstinuisse. Sed consensus tot interpretum ad refutationem novæ & temperariæ explicationis sufficere debet.

IV. In §. 9. dicitur nec sponsam filii nurum esse: Et vice versa filia meæ sponsus non est gener meus. arg. l. 4. ff. de test. cuius tamen contrarium affirmatur in l. 6. & 8. ff. de grad. affin. Vid. Vult. bīc. p. 80. Bach. p. 103. & Hott. p. 50.

## MEMBRUM IV.

### *Continens Axiomata & Digressiones.*

I. Legum præcepta sunt observanda. arg. pr. Präfertim in hoc nuptiarum negotio. Diabolus enim illaqueat homines tetricis libidinibus, ut irritet iram Dei adversus genus hum-

manum. Tristis est clausula, quæ ponitur in fine 18. capituli Levit. *Omnis anima, quæ fecerit abominationes istas, eradicabitur.* Omnis anima, inquit, sive sint Reges, Principes, Domini, sive subditi, & insimæ conditionis homines; dabunt poenas confusionum in libidinibus. *Casta Deus mens est, casta vult mente vocari.* Sic multis urbibus, regnis & imperiis exitio fuerunt libidines. Sic Sodoma igne consumpta. Sic quoque tota tribus Benjamin deleta est. Sic David, lapsus adulterio, quantam ruinam in isto populo traxit. Sic libido Regibus & decemviris Rome attulit finem. Et innumera exempla! Animo enim per libidinem corrupto nihil honestum inest. Videant itaque qui illud usque ingeminant: *Licet si libet: certè Sine castitate nemo videbit Deum.* Et si major cura Legum & castitatis esset, minus esset dissolutionum & paenarum omnibus gradibus vitæ humanæ. Debet itaque ad preces & legum observantiam adhiberi etiam circumspetio quædam in vitandis occasionibus, quia verissimum est, quod dicitur: *Vitare peccata est vitare occasionem peccati.* Contra verò, *Qui amat periculum peribit in illo.* Ethoc voluntilla dicta Poetarum: *Ipse alimenta sibi maxima prebet amor.* Item: *Intrat amorem mentes usus dediscitur usu.* Vid. Melanchl. Postill. part. I. p. 543. Först. hist. Jurispr. Rom. l. 1. c. 1.n.9. & c. 3.n.4. & Disp. meam de O. J. lib. 20. § 56. in

II. Iustæ nuptiae nisi inter cives Romanos contrahi non possunt. pr. bū. Olim Cives tantum Romani iura habebant coniubiorum, nec nisi civi Romano cum civi erat connubium, praterquam si quâ rogatione hoc beneficium aliis etiam populis fuisset impertitum. Quod non tantum, ut jure Civitatis esset illustrius, constitutum est; sed & ne in diligenda uxore peregrina pectetur. Unde & alii, ex eâ civitate, cuius quis est civis, rectius uxorem duci putant. De quo latè Tiraqu. de ll. connub. g. l. 1. p. 7. n. 12. Godefr. de Amorib. l. 2. c. 3. Idemq; Politicis probari potest ex his, quæ dilputantur apud Aristot. Pol. l. 5. c. 7. Ita apud Athenienses solum jus civitatis habuit, qui ex duobus civibus Atheniensibus natus esset. Bach. hic. p. 83. Ex peregrino igitur & Cive Romanâ, peregrini nascebantur, ut multis declarat. Sigen. de Rep. R. l. 1. c. 9. pr. Brisson. de jure connub. pr. Et si quis Romanus uxorem duxisset ex

Latio

Latio, ea justa uxor non erat; sed ex lege Mensia utroque parente-  
cive eum, qui cīvis Romanus futurus erat, nasci oportuit. Bodin. l. i.  
c. 6. Deinde quia & Reip. interest scire, quæ mulier cui marito  
jungatur, quoniam virorum animos non rarò mulieres sibi totos  
devincere & corrumpere solent, quemadmodum peregrinæ mu-  
lieres à vera religione abduxerunt Salomonem, & Bacchanalium  
sacrilegiis implicârunt Romanos: Arnis. de jure connub. c. I. secl. 2.  
n. 12. & 4. c. 3. secl. 5. p. 154. Postea tamen Romani ab eo jure ipsi  
desciverunt, & ex Const. D. Antonini, omnibus subditis illud jus  
datum est. l. 17. ff. de statu hom. Heig. bīc. Interim tamen, si quis in-  
ducenda uxore negligenter errâisset, aut inconsulto impetu, futili-  
& sibi ignominioso, Reipub. verò deterrimento so vinculo temerè se-  
implicuissest, apud Romanos ex arbitrio Censorum, apud Lace-  
dæmonios ex lege multabatur. Arnis. ib. n. 18.

III. Impuberes justas inter se nuptias contrahere non possunt. *bīc. l. 4. de ritu nupt.* Ætas varia à variis definita est, alia quidem viris, alia fœminis. In Masculis *Imp. XIV. in Fœminis 12. annos* completos requirit. Fœminis verò biennio citius ius nubendi concessum, propter votorum festinationem. *Macrobi. I. somn. Scip. c. 6. p. 57.* id e. doli capacitate, prævenientem vim naturæ & periculū pudicitiae, ne in corpus siū peccent. *Cypr. de ſponſ. c 9 §. 2.* n. 7. Quia perfectionem ſuo ſexu congruentem maturius aſsequuntur. *Gōdd. de contr. ſtip. c. 7 n. 181.* Etatem autem hanc *U. Julia & Pa- pia* præfinivere, non quod præmaturā venere juventutem ener- vari & ad Pigiaca ſacra pænè capillatos properare vellent, ſed ne laqueum injicerent libidinum flammis agitatis. *Meliūs enim eſt nubere quamuri.* Deinde voluerunt Romani eā ætate, quā natura dāt habilitatem generandi, matrimonium permittere civibus ſuis, ne illictis & vagis concubitibus indulgerent, quod præſertim perpetuis bellis multis hominibus, & ſobole ſemper ſubnaſcente judigerent. Hinc varia olim præmia patribus & maritis, contra pœnæ quædam & notæ cælibibus & orbis datæ & irrogatae. *Bath. bīc. p. 83. Coras. ad tit. de O. f. p. 66. n. 13. Arnif. de jure connub. p. 32. n. 25. Harpr. p. 232. n. 90.* Itmò & ipſe Dominus dixit: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Contra verò Papa dicit, dicit diabo.

JUS

ilus: Homo non vivat in conjugio: siat Monachus, siat sacrificius. Hoc est unicum fundamentum impuri cœlibatus Clericorum. Sed nos constanter opponamus illud: *Dixit Deus:* Huic voce diuinæ, qui non obtemperant, offendunt oculos Dei & Angelorum, contaminant cœlum & terram, polluent totam naturam rerum, & tales non potest non punire Deus, cum in hac vita, tam post hanc vitam. Nam non posset genus humanum propagari, nisi fieret procreatio sobolis. Si Adam & Eva fuissent cœlibes, desisset in eis genus humaanum. *Melanct. post. part. i. p. 554.* Utrum autem cives à Magistratu adiununda conjugia compellendi? *Aff. enm. Arnis. ib. p. 24. & p. 34.* Tollenda tamen supersticio seu opinio necessitatis, quasi omnibus sine exceptione necessariò imponendum sic conjugium; ut inhabilibus, oneratis magnis doloribus & curis Reipub. & Senibus. Hominem e. sexagenarium ducere uxorem, (*inquit Melanct. ib. p. 552.*) est fatuitas & stultitia, & aliquid alienum à natura, quæ aliqui est infirma in senibus. Aliqui senes ita sunt stupidi, ut secundò vel tertio contrahant matrimonium. Hæc est stulta imaginatio, & Phantasia, & rectè dicitur: *Turpe senex miles, turpe senilis amor.* Apud Athenæum est; *Tempus est amandi tempus ducendi uxorem; tempus cessare ab amoribus;* Item: *Extremum infortium est senex amans.* Sed hodie quoq; liceat uxorem ducere nullus terminus est, cum non tantum procreacione liberorum, sed etiam alios fines nuptiæ habeant. *Bacch. bīc. p. 84. Don. En. Hillig. l. 13. c. 19. b Schönbörn. pol. l. 1. c. 5. Arnis. de jure connub. c. 1. & seq. 6. p. 34. & c. 2. seq. 1. p. 74. & de conjugiis Se-*  
*nūm pag. 103.*

I. Cor. 6. 17

I. I. c. 18.

IV. Non tam spectandum, quid licet, quam quid deceat, & publicæ honestati sit consensaneum. *arg. S. I. & 9. bīc. l. 44. & S. I. & 1. 197. de R. 7.* Interdum licere dicitur id, quod rectum ex omni parte piusque est, etiam si forte aliud quid fieri possit laudabilius, quale est illud D. Pauli Apostoli: *Omnia (illius scilicet generis, cujus sunt, de quibus agere cœperat, & actu- rū erat) licent mihi, sed non omnia expediunt.* Sic licet matrimonium contrahere, sed laudabilius est ex pio proposito *cœlebs castitas, ut ad Pollentium ex eodem Apostolo differat Augustinus.* *Arnis. de jure connub. c. 1. seq. 7. p. 41. n. 14.* Repetere quoque nu-  
ptias

ptias licet: sed laudabilius est uno contentum esse matrimonio, uti  
hanc quæstionem explicat Clemens Alex. Arnis. lib. c. 5. sect. 6. p. 308. Chri-  
stianus conjux paganæ conjugem licet relinquere potest, ut sensit  
Augustinus; (quod quibus circumstantiis verum sit, discutere non ib. l. 1. c. 15.  
est hujus loci) sed & potest retinere: itaque addit ille: *Virumq;*  
quidem pariter licitum est per iustitiam, que coram Domino est: &  
ideo nihil horum prohibet Dominus: sed non utrumq; expedit. Arnis.  
ib. c. 6. sect. 5. p. 384. Ulpianus de venditore cui post diem præsti-  
tutum vinum licet effundere: si tamen cum posset effundere, non effundit, laudandus est potius. Alias vero licere aliquid dicitur, non  
quod salvâ pietate & officiorum regulis fieri potest, sed quod apud  
homines poenæ non subiacet. Sic apud populos multos scortari li-  
cet: apud Lacedæmonios & Ægyptios etiam furari licebat. Apud  
Quintilianum est: *Sunt quædam non laudabili natura, sed iure con-*  
*cessa, ut in XII tabulis, debitoris corpus inter creditores dividi licuit.* l. 3. c. 8.  
Est autem hæc vocis licere significatio minus propria, ut recte no-  
tat Cic. Tuscul. 5. de Cinna loquens: *Mibi contra non solum eò vide-*  
*tur miser, quod ea fecit, sed etiam quod ita se gessit, ut ea facere ei li-*  
*ceret: et si peccare nemini licet, sed sermonis errore labimur: id enim*  
*licere dicimus, quod cuicq; conceditur.* Recepta tamen: ut cum idem  
Cicero pro Rabirio Posthumo judices sic alloquitur: *Quid deceat*  
*vos, non quantum liceat vobis, spectare debetis: si enim quod liceat*  
*queritis, potestis collere è civitate quem vultis.* Sic Regibus dicun-  
tur omnia licere, quia sunt à rūtu juvoi, exenti à poenâ humanis. At  
regem sive Imperatorem informans Claudianus recte ait: *Nec ti-*  
*bi quid liceat, sed quid fecisse decebit Occurrat.* & Musonius castigat  
reges: *Qui in more habent dicere hoc mihi licet, non hoc me decet.* Eoq;  
sensu sèpè opponi videmus quod licet, & quod oportet. Amm.  
Marcellinus: *Sunt aliqua quæ fieri oportet, etiam si licet.* Plinius in Ep.  
Oportet quæ sunt in honesta non quasi illicita, sed quasi pudenda vitare. Theod. apud  
Cicero pro Balbo: *Est enim aliquid quo non oporteat, etiam si licet.* Cassiod.  
A rege illud regum: *Cum omnia possimus sola credimus nobis licere*  
*laudanda.* Vid. Grotius de jure bell. l. 3. c. 4. n. 11. Lips. Pol. l. 2. c. 10.  
Turrett. parall. Etb Jurid. diss. 22. p. 206.

V. Affinitas veneranda. arg. §. 6. Præcipue autem iis,

D

qui

qui ad clavum Reipub. affinitatum & matrimoniorum maxima cura est, atqueesse debet, quod exinde & bella oriantur, & rursus desinant, quemadmodum Froissardus venustè dixit, magnorum ducum bella comicos habere exitus. Quæ caussa est, quare cùm alias matrimonia libera esse debeant, id mutet in fœminis Augustis. Et enim Agrippinæ, viduæ Germanici, fœminæ potentia & avidissimæ, maritum petenti, Tiberius negavit, non ignarus, ut ait Tacitus, quantum ex Repub. peteretur. Cæsar enim metuebat, ne is cui fœmina, & à favore vulgi, & à familia potens nuberet, res novas adversas se moliretur, sibiq; imperium extorqueret, accedente uxorio animo dominandi avidissimo. Hinc Africanus: Uxorem quære firmamentū familiæ. Unde inter Wisigothorum leges hæc quoq; inventur: Viduam Regis Gotborum nemo in uxorem accipiat. Et si enim, ut eleganter ait Tacitus, matrimonium ad majora nitenti decus ac robur. Quâ itentidem arte Octavia filia Claudi. Imp. Neroni sponsata est, quod ait Historicus, majora patefactum erat, hoc est, aditum illi ad Imperium facturū. Et Livius de Servio: Idem, inquit, affinitatibus, perq; nuptias filie, multos sibi cognatos amicosq; conciliat. Nam Principum dignitas posita est in splendidis affinitatibus. Unde & nefas erat Augustæ domus splendori in aliam familiam transferri; id enim designationem aliquam & contemptum Cæsaribus inlaturum erat, quod testatur Tacitus: Romanam Repub. in luctu fuisse quod Julia Drusi filia, quondam Neronis uxor, denupserat in domum Rubellii Blandi, cuius avum Tiburtem equitem Rom. pleriq; meminerant. Quemadmodum enim subjecti populi de victoriis Principum, de magnitudine, de probitate mirificè lætantur; sic de ipsorum quibuscumque jacturis, & de quâlibet existimationis ipsorum diminutione vehementer perturbari. Inter cætera vero hoc subditos maximo mœrore afficere consuevit, cùm videlicet ipsi Principes indigna se matrimonia ineunt; quemadmo-  
 dum de matrimonio Sejanicum Juli a Germanico foro legitimus; quantum dedecret, ut illa, cui avunculus Augustus, sacer Tiberius, ex Druso liberis, se, ac maiores, & posteros municipali adultero fœdaret. Et revera nunquam fuit exosa affinitatum disparitas; idq; non solum in regio, sed & Aristocratico statu. In hoc enim, (in quo præcipuæ

Tac. ann. l. 3.

S. ann.

12. Tit. l. l. 3.  
in agric.  
lib. I.

cipuæ ac peculiares quædam familiæ rerum potiuntur ) eadem o-  
 pe nisi decet, ne cum plebeiorum sanguine commisceantur Patritii,  
 partim, quod hæc commixtio atq; affinitas Patritiorum nobilita-  
 tem existimationemq; tollit, vel saltem minuit: partim etiam, quod  
 plebeji hæc affinitate moti & incensi Reipub. participes esse fata-  
 gunt: De quo cautum est in LL. tabb. *Patritii cum plebeis connubia*  
*ne jungunt*. Quam ob causam maximæ dissensiones fuérunt in Re-  
 pub. Romana. quippe quod *hæc matrimonia* (verba sunt Livi;) col-  
 luvionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorum privato-  
 rumq; afferunt, ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit, ut discri-  
 mine omni sublato, nec se quoquam nec suos neverit; quamenim  
 alia vim connubia promiscua babere, nisi ut ferarum propè ritu vulgen-  
 tur concubitus plebis patrumq;, ut qui natus sit ignoreat, cuius sanguinis,  
 quorum sacrum sit, dimicatus plebis, ne secum quidem ipse concors.  
 Est nimis hoc arcanum dominationis Aristocraticæ; sicut & il-  
 lud: *Ne quis ex optimatibus Principis alicujus filiam in uxorem du-  
 cat*, quod si fultus fretusq; hæc nuptiali dignitate, facile animum  
 dominandi sumat. Magis enim periculi res est in libera Reipub.  
 Principem nasci; non fecus, atque, ut Seneca ait, *semper magno  
 constitit nasci Deum*. Affinitas itaque debito more contrahenda, &  
 contracta veneranda. Neq; dubitatio ulla est, quin inter caussas re-  
 gnorum mutationis ab Aristotele consideretur matrimonij viola-  
 tio, quemadmodum accidit Archelao. Vid. *Scip. Amirat. dis. in l. 5. pol. 1. 10.*  
*Tacit. l. 5. c. 6. Clapm. de arcan. rerump. l. 3. c. 21. §. l. 4. c. 8. §.*  
*§ 17. Schönborn. pol. l. 2. c. 29. Arnis. de jure connub. c. 1. sect. 1. n. 8.*  
 ubi deducit: *Reipub. interesse, ne promiscue cuiquam cum quoquam  
 contrabantur affinitates*: Et, ne quis ignominiosam sibi § *Reipub. que-  
 rat uxorem. n. 11. § 12.* Utrum autem satius sit simplicem, quam  
 doctam & astutam ducere uxorem? *Prius ass. cum Arnis. c. 1. sect.*  
*3. n. 16. § 6. 3. sect. 6. p. 157.*  
 VI. Spurii non intelliguntur habere patrem. §. pen. hic.  
 § *l. 23. ff. de statu hom.* Unde nec in parentum potestate sunt. *l. 3. ff.*  
*de his qui sui vel al. jur.* nec ullos agnatos habere dicuntur, cùm  
 agnatio per parrem acquiratur. *l. 4. ff. unde cogn.* Quales sunt ii,  
 quosmater vulgo concepit. hic. Itaque *Aristippus auctore Laertio:*

D 2

Cum

Cum illi meretrix diceret, abs te grava sum facta: Nibilo, inquit ille, magis hoc nosti, quam si per spinas densissimas incedens diceres, Ista me pupugit. Et Diogenes conspicatus meretricis filium, lapidem in turbam conjicientem: Cave, inquit, ne patrem ferias. Ipsa autem spurii ex damnata origine, praeter suam culpam, in poenam infamiae incidere dicendi non sunt, cum illud ipsum nullam expressam legem caveatur, & magnam præterea iniquitatem contineat. l. 6. pr. ff. de decur. cum possit quandoque macula generis, quæ in spurio est, virtutis splendore deleri, quæ ratione humili ex causa magni quandoque & clari viri prodierunt, quorum catalogum contexit *Palaott. de spur. c. 55. in fin. Hartm. Pift. t. 1. q. 30. Mod. Pistor. l. 1. conf. 46. Heig. hic. p. 56. Disp. 2. supr. tit. 4. ax.*

TITULUS. XI.  
DE ADOPTIONIBUS.  
MEMBRUM I.

*Continens Continuationem.*

II. ADOPTIONE: Quæ est actus legitimus, quo qui filius non est, pro filio habetur civiliter, ut scilicet familiam & hæreditatem cernat. Estq; duplex, vel adoptio in specie sic dicta vel *Arrogatio*: Illa est adoptio filiorum tam & fit autoritate magistratus: Hac est hominum sui juris, & fit autoritate Principis. §. 1.

MEMBRUM II.

*Continens Quæstiones.*

I. An filius f. extraneæ personæ in adoptionem datus permaneat in potestate patris naturalis? §. 2. hic. Aff. cum Treutl. dis. 2. tb. 10. a. & Wes in par. de adopt. n. 6. contra. Ant. Matth. hic. & Aruma d. 2. Ex. 20. Vid. Hæn. tb. 23. Fath. l. 12. contr. c. 60.

II. An quarta quæ impuberi arrogato, & postea emancipato, vel ex heredato sine justa causa debetur, sit omnium bonorum? §. 3. hic. Aff. cum Heig. hic. Donell. l. 2. comm. Harpr. p. 450. n. 19. contra Vultej. hic. & Bach. ib. Vid. Ungeb. q. 10. Hæn. tb. 24.

III. An Plebejus adoptatus à nobili, nobilis efficiatur? Neg. cum Hænon. d. 2 tb. 21. & Harpr. hic. §. ult. p. 461. n. 5. contra Arum. tb. 21. Vid. Giph. dis. 4. n. 26. Treutl. v. 1. d. 2. tb. 10. a.

I. An

IV. An adoptio actus sit legitimus? Aff. cum Arum. th. 17. & Harpr. p. 445. n. 7.

V. Hermaphroditus an ad optare possit? Dist. cum Harpr. ad §. 10. p. 457. n. 7.

### MEMBRUM III.

#### *Continens Antinomias.*

I. Nos Inter. §. 2. bīc. §. 8. tit. seq. l. 10. §. 1. C. b. 1. ¶ l. 10. vers. sed si quidem cum Martinio in contr. tb. 90. nullam contrarietatem agnoscimus.

II. In §. 3. exigitur cautio personae publicae: cum tamen aliquis alteri planè inutiliter stipuletur. §. 4. ¶ 18. infr. de inut. stipul. l. 385. §. 27. de V. O. Vid. Martin. ib. tb. 91. Bach. bīc. p. 124. Osterm. ration. nal. bīc. p. 73. Harpr. p. 450. n. 6.

III. §. 4. bīc. videtur implicare contradictionem: *Adoptantem* adoptando annis 18. debere procedere. Et tamen 14. ætatis anno nuptias quem posse contrahere. Vid. Bach. p. 129. ¶ Matib. bīc. p. 84.

IV. §. 5. ¶ l. 37. ¶ 43. ff. b. t. videtur repugnare ei, quod in §. præced. dictum est: *Adoptionem imitari natram.* Bach. ib. p. 130. Marcil. bīc. p. 87. Osterm. ib.

### MEMBRUM IV.

#### *Continens Axiomata & Digressiones.*

• II. Etiam per principale rescriptum non debet aliquid fieri, nisi causâ cognitâ, & an honesta sit, expediatq;. arg. §. 3. pr. Id enim faciendum esse, prudentissimus Historicorum 2. bīf. 26. Tacitus admonet: Cum, Omnes, inquit, qui magnarum rerum consilia suscipiunt, estimare debent, an quod inchoatur, Reipub. utile, ipsis gloriosum sit. Non igitur Princeps pro libidine juris & honestatis repagula perfringere, leges figere, atque refigere potest. Nam et si penes ipsum omnis est jurisdiction, & ab eo, veluti perenni fonte in reliquos Magistratus inferiores dimanet. l. 1. ¶ t. 1. de ambitu Wes. par. de juri d. Attamen non nisi evidenti aliquâ ratione & utilitate ipsi permisum est, ab eo recedere jure quod diu bonum & æquum visum fuit. Arguit enim illud Principem inconstantem, eumq; contéptibilem reddit cum legibus. Pacian. c. 3. n. 48. Principis itaq; voluntatē prolege habemus, si honesta, si justa sit. Non n., quia Rex lib. 15. ff. de vult, justum est: sed quia justū, Rex ¶ ille creditur Nā que facta le cond. inst.

dunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & contradicentes  
mores sunt: nec facere nos posse credendum est. Ex impi Machiave li  
schola prodit. Ut sit pro ratione Principis voluntas. Execranda hæc  
erat vox Ducis Albaniæ in persecutione Belgica: Los Juexes (dice-  
bat, si judices æquitatem & rationes respicerent) son vellatos: Ba-  
sta que yo os lo mando; Judices sunt bestia: sufficiat ipsis meum man-  
datum. Et si executio innocentum ob rei crudelitatem differretur,  
dixit? Por estas barbas, si os no lo hazeis, yo os bare aborcar: Per me-  
amb hanc barbam, si non feceritis, vos curabo suspendi. Quæ voces  
non sani sunt hominis, sed crudelissimi Basiridis. Quæ enim hæc  
esset potestas anomala, nullis frænari legibus, sed belluæ instar pro  
libidine vivere absque jure? Id potius potest Princeps, quod jure  
potest, pro communi scilicet utilitate. l. 3. ff. de offic. præf. vig. Finis  
namque humanæ legis est hominum utilitas. c. erit. dist. 4. Prin-  
ceps igitur ad bonum potens, & pro communi homiaum salutem  
creatus est. Topius de pot. pr. §. 3. Et sapienter Poëta: Non fas poten-  
tes posse, fieri quod non fas. Jctus de jure Princ. th. 45. & 46. Lips. pol.  
l. 2. c. 10. Chockier. l. 2. pol. c. 1. tit. præced. axiom. 4.

Eurip.

l. 74. d. R. 7.

IV. Requirendus eorum consensus, de quorum præ-  
judicio agitur, arg. §. 7. Ipsi e. naturali rationi & æquitati con-  
sentaneum est, ut id, quod geritur, approbetur ab his, quorum  
interest, quiq; lædi ac proinde contradicere possunt. l. 39. b. t.  
Harpr. hic. p. 454. n. 2. Quod ut in privatis facile admittit, ita in  
publicis hæreo. Illud quidem pro regula tenendum est: Non debet  
alteri per alterum iniqua conditio inferri: Adeo ut ne fatto quidem  
Principis, id quod nostrum est, adimi nobis invitus possit. Nec putan-  
dus est Princeps habere dominationem & plenitudinem potesta-  
tis, ut possit quocunque lubet: cum et si is supra leges civiles, te-  
l. 7. c. 4. & 5. neatur saltem Jure naturæ prohibente cuiquam suum detrahi, ac da-  
l. 206. de R. 7. ri nostrum alteri, qui in commoda nostro dicitur. Quare ausus est Na-  
2. Reg. both recusare suæ rei venditionem Regi, & D. Ambrosius Impera-  
23. q. 8. tori Valentiniano traditionem Basilicæ. Cæterum hanc regulam  
perpetuam non esse communis doctorum est sententia. Exceptio-  
nem enim pati in causa necessitatis, & magnæ publicæ utilitatis;  
que

que preferenda privatorum contractibus. arg. l. 3. C. de primis. Quo-  
 ties enim Reipub. interest, privatas res in usum publicum destina-  
 ri, toties cives ac subditos à jure suo discedere oportet. Iniquum  
 id sanè videtur, immò miserabile, sed in favorem Reipubl. indul-  
 tum; veluti *Levinus* Consul apud Livium: *Respub. in columnis* & pri-  
 vatas res facile salvas prestat, publica perdendo, tua ne quicquam ser-  
 ves. De tempore belli liquidum est. *Jovius: Galli*, inquit, obsesto à  
*Casare Mediolano* abortante *Grito Veneto* necessaria, sed miserabili  
 ratione, suburbana adficia incenderunt, ne bis adponenda castra u-  
 teretur *Casar*, & propius & tutius tegentibus tectis muro succedere:  
 idq; *Vercingetorix* ait apud *Cæsarem*: *Salutis causa rei familiaris* l. 7. de bell.  
 commoda negligenda esse, adeoq; suadet Gallis, ut ex quo animo sua i-  
 psi frumenta corruptant, adficiaque incendant, qua rei fami-  
 liaris jactura, perpetuum imperium, libertatemq; se consequi vi-  
 deant. *Licetne igitur Principi propter commodum Pacis*, privatorum  
 non consentientium bona alienare, & hinc inde direpta remittere? Ita  
 videtur, in primis si aliter pax fieri nequit: adeoq; cives perpetuò  
 omni actione excluduntur. Nec est putandum hoc repugnare  
 Juri divino & naturali dictanti, ut unicuique suum servetur nemini su-  
 um auferatur: quoniam (ut Cicero dixit) *Salus populi suprema lex*  
 est, & nihil Deo acceptius &c. & magis secundum naturam, quam ut  
 publica tranquillitas, utilitasq; procuretur. Juris & divini & natu-  
 ralis multæ sunt regulæ, & earum aliæ superiores, aliæ inferiores;  
 quas quoties eventu collidi contingit, inferiores superioribus  
 cedunt, quin etiam ab his interpretationem exceptionemque  
 recipiunt: atque adeò regula inferior quæ dictat suum nemini  
 esse tollendum, sic accipi debet, ac si conjunctâ superiore, lex u-  
 no verborum complexu sic scripta foret: *Nemini suum esse*  
*tollendum*, nisi tamen publica salus aliud postulaverit. *Duar. ad l.*  
*I. ff. de pact.* Ordinem enim illum Deus naturæ parens, à quo Prin-  
 cipes omnes curam humanæ societatis, & formam regendæ Rei-  
 publ. acceperunt, constituit, ut privatis publica, & pretiosis pre-  
 tiosiora anteferantur. *Iustum* quidem omnibus legibus, quen-  
 quam suas res tenere, sed *justius* earundem legum nutures suas qui-  
 busdam adimi, quam ut eo omissa pax, & quies totius populi impe-  
 diatur.

lib. 26.

Gall.

Q.

l. 3. dell.

l. 31. §. 1. ff. diatur. Estimanda est Justitia ex omnibus circumstantiis, & ut Tryphoninus scripsit: Hac demum Justitia est, quæ suum cuig, ita tribuit, ut non distraheatur ab ulla majori Justitieratione. Sic usucatio, multaq; alia legibus constituta, prima facie dura & iniqua apparent, quæ penitus inspecta reperiuntur æquissima: ubi videlicet publica necessitas æquitatem vincit, citius dixerim, ubi æquitas publicam necessitatem fecuta est. Vid. Pet. Gudelin. de jure pac. c. 6. Claym. de arcan. rerum pub. l. 4. c. 16. Don. En. Hillig. l. 1. c. 12. e. Vasq. controv. illus. l. 1. c. 4. Baud. disc. de fænore. Bronch. cent. 2. ass. 1. Harpr. p. 182. n. 27.

V. Indulgentia Principis affictis debet esse solatio. arg. §. 10. Cum igit assertur, Principem boni publici & obtinendæ pacis gratiâ posse etiam privatorum bona, actionesve condonare; benignior est sententia, refundi aliquid oportere iis, qui pro communi utilitate res suas amisérunt. arg. l. I. §. 2. ff. ad l. Rhed. dejact. Æquissimum enim est ( inquit J̄esus ) commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum consecuti sunt, ut suas salvas haberent. Et profectò vera æquitas est, in rebus cuiusq; civium Æquitatis, conservatio, quæ & benevolentiam multitudinis conciliat, & societatem civium tuetur. Modò adsit, unde damnum resarcitur; puta ob multitudinem privatorum qui res suas perdidérunt; & quia damna sunt infinita, quibus fisci & Principatus bona vix sufficerent; & æraria civitatum exhausta, vel caussis necessariis reservanda, & sancti cives adeò depauperati, ut nullum onus novi vectigalis ex quo damna sarciantur, ferre possint: aut verendum est, ne novis oneribus impositi, exciteur tumultus: in tantis angustiis, fatendum est, omitti posse damnorum repensationem; sic tamen ut quæ nunc fieri nequit, tunc fiat cum Respub. ad pinguiorem fortunam pervenerit: & quod pecuniâ rependi nequit, rependatur saltem immunitate aliisve privilegiis. Sicut fidus Medicus, ut totum corpus sanet, quando alia via malum tollendi nulla est, crebro unum membrum secat, urit, vel amputat: ita bonus Princeps, ut Reipub. tranquillitatem restituat, quando aliud remedium non est, lædere quosdam privatos potest: ac cogitare debemus omnem rationem expediendæ civium salutis Principi esse commissam, & cui commissa est Reipub. simul rerum hominum privatorum, quatenus hæ

89

illi ordine naturæ, tanquam rei digniori inservient, administrationem esse  
commissam. Neque est cur conquerantur, qui necessitate & publica utilitate  
cogente jaeturam rerum suarū aliquam fecerunt: *Cum pro Republica mori,* Cic. 2. Dell  
*ei nos totos dare, & omnia nostra ponere, & quasi consecrare debeamus.* Ibid. Gude-  
linus. c. 7. *Vasq.* l. 1. c. 4. n. 11. & c. 5. Clapm. ib. c. 16? Hoffman. peric. Acad. 29. tb. 20.

III. Tuta cautio est, quæ fit personæ publicæ arg. §. 3. bīc. Quare  
privati hominis modum ac modestiam excedunt, qui curiosius inquirete au-  
dient in actiones principum, qui à Deo constituti ad clavum Imperii, & quo-  
rum curæ ac vigilantiæ permisum, ut videant, ne quid Respub. detrimenti ca-  
piat. *Tutores enim & depositarii sunt publicæ salutis, ut rem populi salvam fore,* 1. Petr. 2.  
& non eversam iri procurent ac spondeant. *Quorum cautio subditis tuta* Tac. 4.  
*estimanda. A Deo enim ista & isti: & Quicunq; ipsorū potestati resistit. Dei ordi-*  
*nationi resistit. Quid calcitas?* *Principi summum rerum judicium dii dederunt,*  
*subditis obsequii gloria relitta est.* Imò Sacrilegii instar rescriptis principum  
adversari. l. 5. C. de div. rescr. Aut de principali judicio disputare. l. 3. C. de  
crim. sacril. Quare omnes injurias, inquit Fr. Junius de transl. Imp. l. 1. c. 2. à  
magistratu potius ferunt boni, quam atrocissimas, quam ut in eum invechant ser-  
mone, scripto, opere, ad ordinis & pacis publicæ perturbationem. Vid. Arniseus de  
autor. *Princip. c. 2. n. 17. Lips. pol. l. 6. c. 5. Tholos. de repub. l. 26. c. 5. num. 25. 6.*  
*ult. n. 8.*

I. Duo vincula fortius ligant uno. arg. §. 2. Nam qui simplex, in-  
firmus est; triplicatus funiculus agrè rumpitur. Pulchrā id imagine Scilurus  
Scytharum Rex suis repræsentavit. Octuaginta filios, jam moriturus, adfer-  
re fasciculum hastilium jussit, eumque singulis, ita ut erat colligatus, confrin-  
gendam dedit. Cùm autem quisque pro se id se præstare posse negaret; ipse  
uno post alterum extracto hastili, omnia nullo negotio confregit, ostendens:  
*Concordiam ipsos firmos & insuperabiles conservaturam: Dissidio imbecilles &*  
*instabiles eorum res redditum iri.* Quod idem aliquantò crassiore similitudi-  
ne sed non minus appositâ, Sertorius ob oculos posuit, cùm ejus jussu vir im-  
becillus validi equi pilos ex caudâ singulatim nullo negotio evelleret: quod  
robustus in equo strigoso invalidoqué, caudam utrâque manu trahens non  
potuit. *Marcus Agrippa, vir ingentis animi dicere solebat, multum se huic Sallu-*  
*stianæ debere sententia: Concordia parvæ res crescunt. Discordia maximæ dilata-*  
*buntur.* Hâc se ajebat & fratrem & amicum optimum factum. Si Germani can-  
dem sententiam familiariter in animum reciperent, tum demùm eos verè  
Germanos, hoc est, fratres, fraternoqué vinculo minimè opportunos injuria  
futuros, est quod speremus. Sin autem (audiant hoc è Teutonicis Imp. Ca-  
rolo M. & Ludovico Pio, Teutones ac recondant in pectora sua) nos ipsos co-  
Plin. l. 36.  
c. 17.  
Stobæn  
serm. 8. 2.  
Sen. ep.  
94. ex Sa-  
lust. Iug.  
c. 20.

E medi

medimus, cito deficiemus. *Tub. pac*, *Beren. p. 348*. *Lips. de dupl. concord. orat.*

*lib. 3. annal.*

*Principes  
Juventu-  
tis.*

*Annot. I. 2*

VI. Principales & augustæ Domus debent pluribus munimentis insistere, ne successor in incerto sit. *arg. §. II. in fin.* Per multum enim facit ad regnum conservandum; ut quovis tempore Imperii heres sit, & certus heres: in primis hanc ob caussam, quod Principatus sive regnum mortuo sine herede regi, facile in partes distrahitur, & in aliam Rempub. mutatur, ut testatur *Aristot.* & exempla sunt obvia in *Alexandro*, *Philippo*, *Maria*, *Joanna regina Neapol.* alijsq;. De *Alexandro* ita *Justinus*: *Alexander*, inquit, regatus, quem heredem faceret Imperii, respondit dignissimum; quâ voce velut bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordie immisisset, ita omnes in amulationem consurgunt, & ambitione vulgi tacitum favorem militum querunt. Et *Curt. lib. 10.* Sine certo, inquit, regis herede, sine herede regni, publicas vires ad se quemq; tracturum. Deinde præsentia & certitudo heredis aliorum spes tollit: quod ait *Tacitus*: *Sic eobiberi pravas aliorum spes rebatur*: & alibi: *Plena Casarum Domus, juvenis filius, nepotes adulti, moram cupitis Sejani adferebant.* Quâ ratione *Seneca* heredes appellat *adminicula Augusti*: *Sueton* *subsidia aule & consortes imperii*: *Plinius subsidia Dominationis*. Ideoq; *Augustus Germanicum* adsciri per adoptionem à *Tiberio* jussit, ut pluribus munimentis insisteret. Nec novum hoc, neq; insolens fuisse apud antiquos. Nam & à *Davide Salomonem* filium inaugratum legimus? *Principi* enim nihil carius esse debet; quâm ut se moriente populus summâ pace & tranquillitate perfruatur. Quod fiet rectissime, si de successore omnis tollatur contentionis materia. *So- din. l. 6. c. 5.* Neq; verò etiā mortuus censetur, qui successorem certum reliquit. Ita olim *Augusti* destinati, *Cesares & Princeps Juventutis*: In Germania *Reges Romanorum*: In Hispania *infantes Regni*: In Gallia *Delphini & Regia primogeniti*; in Anglia *Principes Walliæ*; in Neapolitano Regno *Duces Calabrie* appellari cœperunt. Unde etiā nata sunt *pacta illa gentilitia* de mutua successione: Græci vocant ἀληθινὴ γέρωνία, *Erbverbrüderung*/Erbeinigung: ut hujus gente extincta illius huic succedat. *Vid. disp. præc. tit. 6. art. 2. Scip. Amir. in disc. 2. in Tac. l. 1. Heig. quæst. 6. Clapm. de arcan Rerum. l. 2. c. 21.*

VII. Antiquitas veneranda *arg. §. 12.* Etiam in Religionis negotio: Cujus tamen autoritas non tempore estimanda, sed numine: nec colere quâ die, sed quid cœperis convenit estimare. Quod studiosius unicuiq; faciendum, ut in tanto variarum opinionum diluvio, ad montes Sacrae Scripturæ se recipiat, & quod olim *B. Augustinus* Donatistis consilium dabat; in verbis Christi Ecclesiam Christi & ejus antiquitatem querat. Sic & *Chrysostomus*, cum alibi, tum ex professo in homil. in *Acta 33.* tractans illam quæstionem. *Quo pacto vera Ecclesia inter plures societates, qua hoc sibi nomen vindicant, possit discerni*: Duo docet

91.

get esse instrumenta judicandi, & quæstionis hujus decidenda: primò quidē VERBUM DEI, tūm autem Antiquitatem doctrinæ, non ab aliquo recētiore excogitatæ: sed ab ipso Ecclesiæ nascentis principio semper cognitæ: Unde Ecclesia Catholica nomen nobis Lutheranis semper magnum fuit; sed istius, cuius prælustre membrum fuit Ecclesia Romana antiqua illa, quam D. Paulus docendo fundavit & confirmavit, cuius vestigia ηγι θρησκήα, si nova Romana premeret, nulla, nulla inquā lis, inter nos & istos merito audiretur: illam in D. Apostolo aspicimus, meritoq; suspicimus; & novæ Romanæ novis inventis multipliciter mirè deformatæ, reversionem & ad CHRISTUM unicum Ecclesiæ antiquæ magistrum & fundatorem, conversionem precamur. Sed ne falso in alienam messem mittam, ad profanos me converto scriptores, apud quos tantum ponderis sæpè obtinet antiquitas; ut ei non minimum deferatur. *Antiqua* enim & quæ ab aureo illo seculo, habita sunt omnia meliora nostris: quia scilicet recentia à deis, propius etiam ad ipsos accedebant. Ita Plautus Trin. 2. 2. *An quis bibit omnis* bus: Sic Virg: *Prisca & cana fides.* Terent: *Homo antiqua virtute & fide.* Cicero pro Rosc. *Homines antiqui, qui ex suâ naturâ ceteros fingerent.* Ennius ille tricordis: *Moribus antiquis res stat Romana virisq;.* Insuper fuit magna sapientia (inquit Melancht. Postill. part. 3. p. 485.) apud majores. Es ist narrenwerck das etliche sagen/wir sind alleine flug. Nec doctrinas integras habemus, ut vetustas, neque Respublicas; noch wollen wir flüger sein/denn die Alten. Vid. Casaub. epist. ad Cardin. Perron. p. 20. Ebing. in belit. Ep. v. 5. Taubm. ad Plaut. Capt. 4. l. 2. §. 20. Disp. 2. tit. 5. ax. 1. & 2. Et Senum voces loco demonstrationis esse asserit. Turturett. paral. Eth-jurid. dis. 12. p. 114. Crab. de antiqu. temp.

Adelph. 3. 3.

## T I T. XII.

Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur.

### MEMBRUM I.

*Continens Continuationem.*

Potestas patriæ ita constituta dissolvitur I. Morte naturali pr. II. Civili, nempe de portatione. §. 1. III. Servitute poenæ. §. 3. IV. Patritiatus dignitate. §. 4. V. Emancipatione. §. 6. Suspeditur ob jus postliminij. VI. Captivitate. §. 5. Transfertur. VII. Adoptione. §. 8. Non amittitur Relegatione. §. 2. nec militia aut Senatoriâ dignitate, §. 4.

### MEMBRUM II.

*Continens*

**QUESTIONES.**] I. An matrimonio dissolvatur patria potestas? N. cum Arum. hic. th. 24. Don. En. l. 2. c. 26. l. II. An dignitate doctoratus? Neg. III. An militia? N. IV. An Monachismo? N. cum Hænon. th. 25. contra. Först. disp. 3 th. 28. Vid. Boe. class. disp. I. 13. th. 18. Ungeb. Ex. 3. q. 11. Treutl. sol. I. disp. 2. th. ult. c. & c. Harpr. p. 472. n. 4. V. Utrum ad emancipationis negotium Scriptura & acta rei gestæ intervenire debeant? Aff. cum Boc. cl. I. d. 13. th. 31. Hæn. th. 7. contra Cothm. VI. An autem inviri possint emancipari? Neg. cum Bach. hic. p. 194. Don. En. ib. g. Harpr. p. 489. n. 1.

**ANTIN.**] In §. 4. dicitur dignitas Patritiatus summa: cum tamen in l. 1. C. de consul. consularis dicatur summa; imo & l. 3. & c. G. de offic. præf. urb. Præfectura illa cunctis dignitatibus anteponitur. Vid. Bach. hic. p. 24. Marcil. hic. p. 95. Don. En. ibi.

**DIGRESS.**] I. Indulgentia Principis & vitium tollit, & omne in pristinum statum restituit. arg. §. 1. hic. Nam Principes sua tempora transactis de loco cedere non patiuntur. Unde Justinianus cum suâ tempestate animadverteret in rebus ci-

vilibus

vñbus nonnulla declinare à lemitâ justitiz, professus est, se Principe talem esse temporum conditionem, quæ ea nullo modo pateretur. Cum sc̄ta nostrorum temporum, l. ult. C. de inquit, non patiatur. Hinc aliis quoque Principibus solemne fuit, suorum temporum pact. vitia tollere; & omne in pristinum statum restituere. Decet enim, inquit Theodori- Cas. b. I. cus Principem curare, qua ad Rempub. spectant augendam. Sed indulgentia potius & co- Ep. 6. mitate quadam curandi, ac moderatione, quam vi aut summo jure. Melior namq; via Col. l. I. altera, & veri benigniꝝ Principis est, ad Clementia commodum transfilire interdum ter- Cas. ib. l. II. minos aequitatis, quando sola est Misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non Tacit. Agr. recusat. Omnia scire, non omnia resequi: nec pœna semper, sed sepius pœnitentia contens Claud. tum esse. Ignoscere pulchrum jam misero. pœnaq; genus, bidisse precantem. Nec audi- Curt. l. 5. endi semper importuni nescio cujus Reputatioñ jaestatores, qui speciosa dicta potius, c. 1. quam usu necessaria suis Principibus inculcantes, Regnorum eos, ac provinciarum flo- rentissimarum jaatura mulctarunt. Quod enim dedecus est principi, si quantumvis in speciem humili ratione, placidè subditos in officio contineat, & quod sibi boni esse prin- ceps Oratorum scribit, à subditis exoratus, nonnunquam de jure suo cedendo, statum suum firmet? Quid interest utrum in superiore locum gradibus lignacis an lapideis ascendas, dummodò eò pervenias? Neque se infra decorum submittit Princeps, aut in ordinem cogitur, si Majestatis suæ gravitatem facili comitate modestiaq; temperet. — peragit tranquilla potestas, Quod violenta nequit. Vid. Lips. pol. l. 2. c. 13. Turturette paral. Eth. Jurid. p. 211. Beren. tub. pac. p. 72. supr. tit. 8. ax. 4. § 7.

Claude II. Principalis providentia debet omnia in melius reformare, & fictionibus explosis rectâ via intrare, illamq; aliis ostendere. S. 6. hic. Est enim viva Dei imago in terris; hujus itaque ut vestigiis adhæreat, & quum est: Et tanquam rex Jupiter omnibus idem, a quo jure complectatur omnes. Nam ut Sol & dies, non oritur uni aut alteri, sed omnibus in commune profertur: Ita quoque qui Reipub. præsunt, totum coro- pus Reipub. current oportet, atq; omnes eādem aequitate contineant, commodaq; clōium nos- di bellant: ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant & abjiciant, imò ad exci- diūm destinent. Quod qui faciunt, cū alienū faciuntā providentia principali; tum ipsi sibi ad ruinam gradum struūt. Etenim illius demum Principis magnitudo stabilis funda- tag, est, quē omnes tam supra se esse quām pro se sciunt: cuius curā excubare pro salute sin- gularum atq; universorū quoridie experiuntur. Ita omnia in melius augebit, ita famam: Nullum e. ornatum Principis fastigio dignius pulchriusq; est, quām illa corona OB CI- VES SERVATOS. & efficiet, ut tanquam ad clarum & beneficūm fidus certalim advo- turi sint. Modò rectâ viâ fictionibus explosis intrabit. Non e. decet Principem labium mentiens. Quidquid hic rideant veteratores Machiavellistæ, & fictionū vafrarum Do- Probs. 17. Stores Jesuitæ. Quibus pædum non pætum est, nō pætum pætum est, cum illis lubet. O va- b. 7. ni! Certè illud scitum pro firme habendam: Quacunq; arte verborum quis juret, Deus Plaut. Aul. tamen qui conscientia testis est, sic illud accipit, sicut ille cui juratur intelligit. Imò - nude Isid. l. II. de jus & reverentia verbo Regis inesse debet. Et Palabra de Rey por un gran sacramento. Pe- sum. bono. rez. aphor. 146. Quare: Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Et si velit istam Günth. l. 3. viam alias ostendere, ipsi intrate: Nam recte facere Princeps cives suos, faciendo docet. Probs. I. Nec causa occulta, quoniam ad alta illa versæ plerunque mentes & oculi: nec tam im- Pell l. 2. perio opus, quam exemplo. Quod urget efficacius, quam ipsæ leges. Obsequium enim in Vlin. Pan. Principem & amulandi amor validiora, quam pana ex legibus. Vid. Lips. Pol. l. 2. c. 9. & Tac. 3. ann. l. 4. c. ult. l. 6. c. 7. Beren. tub. pac. p. 76. Ictus de jure Princ. tb. 72. Bodin, de Repub. l. 5. c. 6.

F I N I S.

00 A 6414


ULB Halle  
002 928 094

3



KL

DA7



**Farbkarte #13**



CUM DEO!  
COLLEGII INSTITUT.

PUBLICI  
DISPUTATIO TERTIA.  
Ethico-Politico-Juridica.

De  
**PATRIA PO-**  
**TESTATE, EJUSQUE**

tum Constitutione

Per  
**NUPTIAS, LEGITIMATIONEM,**  
**ADOPTIONEM: TUM DISSOLUTIONE.**

*Ad Tit. 8. 9. 10. 11. & 12.*

EXHIBENS  
TEXTUS

Continuationem, Quæstiones,  
Antinomias & Axiomata.

*Quam*  
Sub PRÆSIDIO

**CHRISTIANI TAUBMANI**  
J. U. D. & Profess. Publ.

*Discutiendam proponit*  
**JOACHIMUS Mäger / Sedinus Pomeranus.**  
*Ad diem 29. Augst. In Auditorio j. Citorum horis antemerid.*

*WITTEBERGÆ,*  
Typis AMBROSII ROTHI Acad. Typ. Anno 1635.